

48. N. M. II, 117.
26, 11.

X 1876134

II R
1906

DISSERTATIO ACADEMICA
DE
DOMANIIS RE-
GNI GERMANICI,

QVAM
DIVINA FAUENTE GRATIA
atque
INDULTU
INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
in
PERANTIQUA ELECTORALI ERFURTENSI ACADEMIA
SUB
PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI ac CONSULTISSIMI
DOMINI

GEORGII HENRICI

Brückners/

J. U. D. ET PROFESSORIS PAN-
DECT. PUBLICI,
*Publicæ Eruditorum discussioni
submittit*

GEORGIUS ANDREAS Siedler/
HALL, SAX.

IN AUDITORIO ICTORUM
Die Octobris M. DC. LXXXIV.
ab hor. mat. 8. usque ad 11.

ERFURTI,
Typis JOH. HENR. GROSCHII,

154.

20. (a)







I. N. J.
DISSERTATIONIS
DE
DOMANIIS REGNI
GERMANICI

CAPUT I.

de

DOMANII ETYMOLOGIA, HOMO-
NYMIA, ac SYNONYMIA, nec non ACCEPTIO-
NE REGNI GERMANICI.

TH. I.



DOMANII vocabulum quoad immedia-
tam originem non Latinum, sed à Gallica vo-
ce *Domaine*, Dominatum denotante, dedu-
ctum, Latinâ tamen terminatione à Scripto-
ribus Gallicis donatum, & dehinc ab aliarum
Gentium Historicis ac Jctis, quibus Gallica
imitari admodum solenne, usurpatum fuit:
Latiniùs *Dominatus*, vel potius *Dominium*
diceretur, idque qualificatum, quatenus scilicet id summis Imperan-
tibus in quibusdam rebus, suis ac Republicæ usibus expressè vel
tacitè destinatis competit, eâve ratione à natura vulgarium Do-
miniorum, privatis competentium, est distinctum. Domanii igitur,
sive Latiniùs *Dominii* vocabulum est analogum, quod juxta
Philosophos absolutè positum κατ' ἐξοχήν accipitur pro analoga-
to nobiliori, *Dominio* scilicet in rebus ad Republicæ ac Imperan-
tium necessitatem, utilitatem ac dignitatem deputatis. Neque
Jctis infrequens, nomen Generis absolutè positum Speciei excel-
lentiori tribuere. *Domanium* nonnulli derivant à Domino, quòd
nempe bona *Domania* semper per antiquos Reges, Principes,
in *Dominio* retenta fuerint, & nunquam aliis concedi siveverint,

Domanium
è Gallico
Domaine
deductum.

Dominium
Latiniùs
diceretur.

Domanii
vocabulum
analogum.

Domanium
quidam de-
rivant à
Phi- Domino.



Philippus Paschalis de patria potestate part. I. cap. 1. n. 85. Springsfeld de Apanagio cap. 7. n. 29. Knichen de Sax: non prov: jur: cap. 7. n. 1. Erant namque ab initio in qualibet ferè Republica bona publicis usibus destinata eorumque proventibus contenti Principes vivebant, nec subsidiis subditos gravabant.

TH. 2.

Necessariū Quot modis vocabulum Domani accipiatur, id verò nosse cognoscere, apprimè necessarium, cum pauci prolatò nomine Domani accu- quid sit Do- ratè assequantur, quid eò denotetur; consequitur inde, quòd multa manium. pro Domaniis habeantur, iisve Domaniorum jura temerè applicen- tur, quæ tamen neutiquam perfectam ac adæquatam Domani de- cuntur Do- finitionem participant; Hinc est, quod sub prætextu Domaniorum mania, quæ alienatorum non rarò à possessoribus multa injustè revocentur: non sunt. Convenit proinde, ea, quæ vulgò, æquivocè ac impropriè Domania audiunt, in præsentiarum hinc exponere, ut eò melius pateat, quæ accurata definitio Domaniorum sit.

TH. 3.

Propriè Propriè accipitur (1.) Domanium pro jure sive qualitate sum- accipitur mis Imperantibus in certis rebus publico usui destinatis compe- Domanium tenti, quemadmodum feudum pro jure feudalibus rebus inhæ- vel (1.) pro rente non rarò sumitur. Frequentiùs tamen accipitur (2.) pro jure: re, cui modò expositum jus inhæret, quemadmodum feudum. Vel (2) pro plerumque pro re feudali venire solet; hinc ergo priori significa- re Doma- tu potior, prouti apparet è Choppino per totum tractat: de Domanio niali. Francie conscriptum. Nobis quoque Domaniorum nomine ordi- nariè res domaniales venient, nec tamen exclusò sensu juris, quem aliquando, & imprimis, ubi de Forma Domaniorum tracta- verimus, intendemus.

TH. 4.

Fructus Æquivocè accipiuntur (3.) Domania pro fructibus è Doma- Domanialesno venientibus; Ita enim Bernhard Girbard lib. 3. de l' Estat des equivoce affaires de France p. 128. Le Domaine est ce, qui provient des terres Domania. & Seigneuries dependentes de la Couronne, &c. Vid. Springsfeld de Apanagio cap. 7. n. 89. & seqq. qui eundem significatum vi- audiunt. detur approbare, quod tamen minùs propriè fit, teste Hugone, Grotio de Jure Belli & Pacis lib. II. cap. 6. §. 12. ita loquente: Sed in eo falluntur multi, quòd res, quæ in fructu sunt patrimonii, cum re- bus patrimonii confundant; Sic jus Alluvionum in patrimonio esse so- let,

let, ipse res, quas fecit aduvio, in fructu, ius vedigalia exigendi in patrimonio, pecunia ex vedigalibus procedens in fructu, ius confiscandi in patrimonio, fundi confiscati in fructu. In his fructibus tractandis Imperanti liberior potestas, ac in ipsis Domaniis est; hinc male aptaveris fructibus Domanii jura, quæ non nisi ad ipsa Domania quadrant, circa quæ adstrictior Imperantis potestas esse solet.

I H. 5.

Sumitur (4.) Domanium pro territorio & parte integrali perfectæ alicujus Reipublicæ: sic, si ad Imperatorem nostrum vacans territorium aliquando deveniret, prout hoc per Capitulationem Carolo V. aliisque Imperatoribus præscriptam intenditur, multi Publicistæ asserunt, inde Domanium fieri; Cum verò Domanium propriè se habeat per modum intervenientis, non verò integrali principalis, tale vero territorium in eoque Ordines non patitur, pristinam sibi competentem qualitatem, quæ per modum particularis Reipublicæ, cum aliis Reipublicam constituentis, se habeat, adimi; hinc integrum hocce territorium improprie Domanium audiret: Si verò districtus aliquis, e. g. per vim bellicam esset superatus, quemadmodum quondam Provinciæ Romanæ, quæ in Populi Romani ditionem ita concesserunt, ut nil libertatis sibi retinuerint, sed planè despoticum sive herile imperium (cui opponitur Civile & liberius, quò reguntur populi non servi, sed aliquatenus liberi) Romanorum subierint, ille, si expressa accederet destinatio, de qua infra pluribus, Domanium propriè audiret. Despotico imperio ergò regi dicuntur illi populi, qui Reipublicæ jamtum perfectæ vel per bellum, vel per spontanem submissionem, ad quam necessitate fuere adacti, ita accedunt, ut non tam partes Reipublicæ quam Provinciæ corpori perfectæ tanquam principali nudè subservientes sint censendi, quorumve redditus ac Collectæ primò ac principaliter non suæ, sed Imperantium ac Reipublicæ, cujus servi æstimantur, utilitati impenduntur. Differentiam hanc innuit Hugo Grotius de J. B. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 7. his verbis: *Subjctum (scil. Majestatis) aliud est commune, aliud proprium: ut visus subjctum commune est corpus, proprium oculus; ita summæ potestatis subjctum commune est Civitas, quam perfectum cœtum esse diximus; excludamus ergò populos, qui in alterius populi ditionem concesserunt, quales erant Provinciæ Romanorum, hi enim populi non per se Civitas sunt, ut nunc quidem eam vocem sumimus; sed membra minùs digna*

A 3

magis

magna Civitatis, quomodo servi sunt membra familiae, & lib. II. c. 9. §. 6. ubi dicit: Species (scil. Civitatis) interit sublatâ aut omni, aut perfectâ juris communitate, sive singuli personalem quoque servitutem subeunt, ut Mycenæi ab Argivis, Olyntii à Philippo, Thebani ab Alexandro venditi, Brutii à Romanis publicis servitiis mancipati, sive eâ retentâ imperio exuantur; Sic de Capua narrat Livius, placuisse Romanis, ut tanquam urbs habitaretur; corpus nullum Civitatis, nec Senatus, nec plebis concilium, nec Magistratus esse, sed sine consilio publico, sine imperio multitudinem, cui Præfectus Româ missus jus redderet; Itaque imaginem Reipublicæ nullam Capuæ relictam, dicit Cicero priore ad Populum contra Rullum. Idem dicendum de populis in provincie formam redactis, it. de his, qui alterius populi ditionem subierunt; Sic à Severo Byzantium Perinto, Antiochia Laodiceæ supposita à Theodosio. Item lib. III. c. 8. §. 2. Potest & ampliùs fieri, nempe, ut quæ Civitas fuit, Civitas esse desinat, sive ita, ut accessio fiat alterius Civitatis, ut Romanæ Provincie, sive, ut nulli Civitati adhaereat, ut si Rex suo sumptu bellum gerens, populum sibi ita subjiciat, ut eum regi velit, non ad populi, sed ad regentis præcipuè utilitatem, quod herilis est imperii, non civilis. Arist: lib. 7. de Republ. ἐπι γὰρ ἀρχῆ. Imperium aliud est ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus, qui regitur, hoc inter liberos locum habet, illud inter dominos & servos; qui ergò tali tenetur imperio populus, imposterum non Civitas erit, sed magna familia. Gemina his sunt, quæ habet Pufendorff. de Jur: Nat: & Gent: lib. VII. cap. 5. §. 16. Nec statim sunt magnæ Civitates, quæ incrementa sumpserunt absorptis aliis Civitatibus & in unum secum corpus redactis. Id quod duplici potissimum modo fieri videmus, uno, ut Victor devictarum Civitatum cives in suas quoque sedes transferat, aut jure prioribus civibus exæquet: altero, ut devictæ civitates antiquis in sedibus relinquantur, & extinctio, quod penes se antea habebant, imperio, victrici civitati merè fiant subditæ, utrinque victa civitas esse desinit, sed illic victi victoribus exæquantur; hic ferè deteriori conditione esse jubentur, in formam provinciarum redactæ. Inde satis apparet, territorium ad Imperatorem devolutum vacans Privilegia vetera retinere, nec propriè Domanium dici, licet convenienter dicamus, Domania in tali territorio, quondam Principi & Imperanti assignata, & Imperatoris Domania fieri. Distinctio ergò est inter totum territorium & Domania in illo territorio Imperantium ac Reipublicæ usibus destinata; Tale integrum territorium

torium propriè non est Domanium: Confer Sixtin: de Regal. lib. I. c. 3. n. 1. & seqq. Inde consequens est, Imperatorem fructus Domaniales istius territorii minùs justè in aliarum hæreditariarum provinciarum usus convertere, quod facere posset, si territorium aliquod sub imperium suum desponicum sive herile redegisset, tunc enim inconsultis subditis illius territorii in quascunq; etiam alienas utilitates fructus Domaniales converteret, quale territorium integrum tunc rectè diceretur Domanium.

TH. 6.

(5.) Pro rebus vel juribus, quæ quondam qualitate Domani-
ali fuere prædita; postea verò mutatione territorii factâ, ista qua-
litate tacitè privata, minùs propriè Domania sumuntur, v. g. si nuncupan-
territorium aliquod, ubi antea certa erant Domania, usibus pu-
blicis deputata, vi bellicâ cujusquam imperio fuerit submissum, antea erant
tunc Domania in Victoris arbitrium ita transire videntur, ut à bo-
nis Victoris patrimonialibus nullatenus differant, nisi sufficienti-
bus signis declaret, quod bona hæctenus Domania in priori qua-
litate relinqvere intendat.

Domania
impropriè
nuncupan-
tur, quæ
antea erant
talia, sed
mutatâ qua-
litate terri-
torii Doma-
nia esse de-

TH. 7.

(6.) Domania à multis accipiuntur pro rebus patrimonialibus
Principis, quæ scil. suo nomine ut privatus possidet; Sic credunt, Sæpè cõfun-
quælibet Imperantium bona indistinctè domaniale esse, cùm ta-
men illa ab his longè diversam naturam habere soleant. Ignorantur cum
randum enim non est, Principis bona duplicis esse generis, alia
namque possidet ut privatus, sine consideratione Principatus, quæ
propriè domaniale non dicuntur, sed patrimonialia & res domi-
nicæ, proinde qui illis bonis præerat, dicebatur quondam Pro-
curator Cæsaris, Ulp. in l. 1. ff. de offic: Procons: Cesar: vel Comes
rerum privatarum, l. 1. C. de offic: rer: privat: Meminerunt &
Cæsares de his bonis nomine privatorum bonorum in tit. C. de
fund: rei privat: & Saltibus, potissimùm in l. 2. & 3. L. benè à Ze-
none C. de quadrien: præscript: Alia Princeps bona habet, quæ ju-
re diadematis possidet, quæ annexa dicuntur Coronæ, & hæc so-
lebant nominari Fiscalia, & Rationalis Procurator Fisci & Advo-
catus Fisci, qui hæc curant, vel defendunt, C. de Advocat: Fisci.
Patrimonialia spectant ad Arcadium, ut Arcadium, Honorium, ut
Honorium; Domaniale ad Arcadium & Honorium, quæ Imperan-
tes sunt, vid: Tholos: in Syntagm: Jur: Univ: lib. III. cap. 2. n. 8. &
seqq.

sierunt.
Sæpè cõfun-
duntur cum
rebus patri-
monialibus
Imperantis
Domania.

seqq. Gebhard de rer: usucap: cap. 4. n. 7. § 8. Choppin de Domanio
 Francie lib. 1. tit. 1. n. 8. § tit. 2. n. 17. Sixtinus de Regalibus lib.
 1. c. 1. n. 28. § seqq. Badius Subtil Juris lib. III. c. 1. n. 1. § seqq.
 Existimant aliqui Genes. XLVII. vers. 20. § 21. ubi Pharaon tem-
 pore annonæ caritatis privatorum fundos sibi comparavit, cum
 in illis Domanii jus sibi acquisivisse; sed Pharaon Rex istos fundos
 privato jure ut patrimoniales, non ut domaniales habuit, Grotius
 de J. B. § P. lib. 1. c. 3. §. 15. Pecuniæ ex bonis patrimonialibus
 redactæ Chatoul-Gelder efferri consueverunt. In patrimoniali-
 bus Imperantibus absoluta, in domanalibus restricta solet esse po-
 testas, de quo infra pluribus. Ordinariè ab Imprudentibus &
 incautis hæc bona cum Domaniiis confunduntur, cum tamen hæc

Quandoq; ab illis invicem discreviffe, maximè juret. Non tamen negan-
Domanialia dum, quandoqve domanialia bona simul esse patrimonialia; In Re-
simul sunt gno enim absoluto, quodque Imperans patrimonialiter habet, &
Patrimoni- ubi nullum est arbitrium subditis, si sponte suâ Imperans quibus-
alia bona. dam rebus naturam domanialem induxerit, eandem pro libitu
 iterum adimere potest, ut inferius patescit uberius. Sed plerumq;
 ab Imperantibus hujusmodi bona minus plenè solent possideri, &
 quidem ordinariè, ubi jure electio Imperia acquiruntur; hinc &
 Imperantes quasi dominium tantum in iis habere dicuntur.

TH. 8.

Fiscalia § (7.) Bona Fiscalia & Domanialia plerumque solent confun-
Domanialia di, nec facile videntur differre: At verò res fiscales dicuntur
bona distin- omnes, unde reditus in fiscum deferuntur, licet domaniali quali-
ta sunt. tate per expressam, vel tacitam incorporationem non sint prædi-
 tæ, vel Domaniiis coadunatæ; Ut verò res habeatur domanialis,
Differunt destinatio & incorporatio necessariò requiritur. Fiscalia ergò à
tanquam la- domanalibus differunt tanquam latius & angustius. Omnia bona
tius § an Domanialia sunt Fiscalia, non verò versâ vice, omnia Fisca-
gustius. lia sunt etiam Domanialia. Jus collectandi subditos tempore ne-
 cessitatis & quidem extra ordinem haud dubiè Jus Fiscale dicitur,
 quia inde fiscus fructum percipit, cum tamen hoc jus sit è Regali-
 bus majoribus, quæ intrinsecè Majestatem constituunt, propriè
 Domanium non audit, (confunderetur aliàs jus Imperii cum bo-
 nis domanalibus.) Jus collectandi dixi inesse Regalibus majo-
 ribus, sine hoc enim jure Respublica regi nequit, quæ verò talis
 conditionis sunt jura, propriè Majestatica atque Regalia Jura nun-
 cupan-

cupantur, consent: *Hugo Grotius de J. B. & P. lib. I. c. 3. §. 6. & lib. II. c. 4. §. 13.* Licet aliqui sint, qui hoc jus ad Regalia minorum detrudant, dum Regalia minora definiunt, quod sint ea, quæ Fisco fructus afferunt. In quo verò præcisa differentia Majorum & Minorum Regalium consistat, infra clariùs deducetur. Bona domanialia sunt jura vel res ab Imperii jure realiter distincta, ac separatam naturam habentia; non ergò confundendum jus Imperii, quale est facultas collectandi tempore necessitatis, cum bonis domanialibus est. Clarè nunc apparet, omnes res Imperantis, ex quibus ullo modo utilitas ad Fiscum redundat, fiscales esse, (quò ergò referas etiam dictum jus collectandi atque bona patrimonialia Principis:) domaniales verò tantùm dici, quæ ordinariorum ferunt redditus, ac domaniali qualitate per incorporationem gaudent, *Chopp: de Dom: Francie lib. I. tit. 2. n. 1. Peregr. de Jur: Fisc: lib. I. tit. 1. n. 6.* Confundi plerumque Domania cum Fiscalibus, testatur *Knich. de Sax: non provoc. jur. cap. 7. n. 8.* his verbis: *Largè autem & εν πλάτῃ bona domanialia hodiè dicuntur Principum redditus & emolumenta quæcunque, sive sint incorporata mense Domini, sive alio nomine percipiuntur, sive ex capite commissi, sive reversionis, sive consolidationis, vocantur Cammer. Gütber / oder eigentbümliche Gütber / & non solum bona ad Domanium referuntur; sed etiam persone, communitas, oppidum, quando scilicet ita recipiuntur in Cameram Imperii immediatè, vel nulli alii subjiciuntur servitiis præstandis, vel ratione dominiorum, nisi soli Imperatori vel Regi.* Eodem modo *Chopp: de Dom: Francie lib. I. tit. 1. n. 1.* hæc confundit, inquit: *Duplex Principis patrimonium, publicum alterum, Fiscale scilicet Imperiale, alterum privatum, quod Cesaris Patrimonium dicitur.* Fiscus denotat publicarum rerum universitatem, quæ omnes res omniaque Reipublicæ jura ad commodum pecuniarum spectantia complectitur, & Fiscum propriè non habent alii, nisi Imperantes Supremi & Majestate præditi, *Tholos. in Synt: Jur: lib. III. cap. 4. n. 1. p. 68.* Civitates ergò municipales, etsi habeant arcam communem ad exemplum Reipublicæ, bona tamen inter illos communia publica dici propriè nequeunt, *Idem lib. 3. c. 4. n. 4. p. 68. Stephan. de Jurisd: lib. II. p. 1. c. 7. n. 22. & seqq. Gudel. de Jur: nov: lib. V. c. 8. p. 297.*

TH. 9.

(8.) Accipi possent Domania pro rebus publicis, quarum proprietates certi alicujus populi est, usus verò omnibus hominibus sent Domania

B

com-

nia

nia pro re- compellit, prouti sunt flumina, portus, juxta §. 2. *Inst. de rer: divis:*
bus publicis. (De moribus quidem quosdam usus harum rerum Domini territori-
toriales sibi solis & quidem justè arrogant, *Hugo Grot. de J. B. & P.*
lib. II. cap. 2. n. 5.) Res tamen publicæ propriè differunt à Do-
manialibus potissimum in hoc, quod illorum usus omnibus promi-
scuè hominibus concedatur; horum verò usurpatio non nisi ad
Rempublicam, in cujus proprietate sunt, & Imperantes spe-
ctet, conf. *Gudel. de Jur: nov: lib. V. cap. 8. n. 1. Busii Subtil. lib.*
III. cap. 1.

TH. IO.

Pro rebus
Universi-
tatis.

(9.) Res Universitatis, quarum dominium & usus ad certum
populum, omniaque ejus individua spectat, ut sunt theatra, fora
publica &c. à rebus domanialibus iidem differunt; Rerum enim
domanialium usufructum non quivis subditus in individuo ad se
trahere potest, de rebus verò universitatis quisque participare u-
sum potest. Differentiam hanc eleganter innuit *Mev. ad Jus Lu-*
bec. p. 2. tit. 3. ad Rubr. n. 7. & 8. Bona Reipublicæ duplicis ge-
neris, nempe alia, quorum redditus ad publicum ærarium atque ad
Reipublicæ usus spectant; alia, quæ sunt in promiscuo Civium,
etiam privatorum, usu, hæc in usu populi ac privatorum, illa in
patrimonio Fiscii & res fiscales esse dicuntur, *l. 2. §. 4. ff. ne quid in*
loco publ. hæc in publico usu, illa in pecunia populi haberi ait Ju-
riconsultus in l. §. pr. ff. de contrab. empt. horum proprietates est nul-
lus (puta de universitate) sed usus omnium ac singulorum, sed illo-
rum proprietates & usus est Civitatis, l. 17. ibid. Gæden n. 19. ff. de
V. S. Illa, quia usibus publicis destinata sunt, nullius in bonis ha-
bentur, §. *univers.* *Inst. de rer: divis:* Hæc verò propriè publica di-
cuntur, quia proprietates populi est, *d. l. 17. pr.* Illorum species sunt
prata, pascua, theatra, forum & similia, quibus singuli Cives utun-
tur; ad hæc spectant redditus Reipublicæ, qui ad ærarium defe-
runtur, veluti fructus & pensiones prædiorum publicorum, ve-
tigalia &c. Conf. *Springefeld de Apanag. cap. 7. n. 24. pag. 152. &*
Gudel. ut & Bus. in d. l.

TH. II.

Pro rebus
Civitatum
Municipa-
lium.

(10.) Æquivocè sumuntur Domania, quando accipiuntur pro
rebus Civitatum municipalium cameralibus, quarum fructus ad
Magistratum salaria, imò Reipublicæ conservationem impendun-
tur, quales sunt v. g. Pomeria, *Die Zwinger* / in Civitatibus muni-
cipa-

cipalibus Consulibus regentibus dari solita, cum enim subiectum
Dominiorum propriè persona Majestatica sit, talis communitas,
utpote subdita, propriè Domania non habet, licet hæc bona illis
sint maximè affinis.

TH. 12.

(11.) Res & bona ad conservationem Academi- *Pro bonis*
rum, Hospitalium, Ecclesiarum, eorumve Ministrorum destinata, *in conserva-*
nec propriè Domania audiunt, quandoquidem & hæc loca Maje- *tionem Aca-*
state sunt destituta; quod si tamen Respubl. vel persona Majestatica *demi- arum,*
hæc rerum dominium sibi reservaverit, nudum verò usum dictis *Scholarum,*
locis concesserit, tunc Domania propriè in ordine ad Rempubli- *Hospitali-,*
cam, non verò in ordine ad hæc loca dicentur, de quo infra pluri- *Ecclesiarum*
bus. Si ergò à quibusdam & proprietas & usus in hæc loca sit, *eorumve*
translata, tunc neutiquam Domani- qualitatem induunt. *ministorum*
destinatis.

TH. 13.

(12.) Facile quis nomine Domani- concipere sibi posset Do- *Pro Do-*
minium Eminens, quod definiente Grotio de J. B. & P. lib. 1. c. 1. *minio Emi-*
§. 5. & lib. 1. c. 3. §. 6. lib. 2. c. 19. §. 7. lib. 3. c. 19. §. 7. & lib. *nenti.*
3. c. 20. §. 7. § 2. est facultas superior jure vulgari, utpote Com-
munitati competens in res partium boni communis causâ; Sic in res
singulorum m- jus est dominium Regis ad bonum commune, quàm
dominorum singularium; Sic Reipublicæ quisque magis obliga-
tur, quàm Creditori. Hoc dominium eminens cum Domano mi-
ficere videtur Renneman. Jurispr. M. 3. disp. 18. th. 12. Lit. E. Do-
minium duplex, aliud universale sive jurisdictionis, aliud particulare
seu privatum; manifestum hinc evadit, publicos redditus rebus publicis
sustentandis excogitatos de subditorum bonis exigi, non quatenus illo-
rum propria sunt jure privato, sed quatenus Majestas jus supremum
sibi vindicat.

TH. 14.

(13.) Nimis strictè Domania sumuntur quandoque pro rebus *Tandem*
ad usum individualem Principis, sive ad annonam, victum cultum. *pro rebus*
que Regiæ Majestatis destinatis; Ita enim Springsfeld de Apan. ad indivi- *ad indivi-*
cap. 7. n. 21. §c. Domaniales accuratè differunt à fiscalibus rebus; *dualem Im-*
Domanium enim ad usum ipsius Regis, hoc est, ad annonam, victum, *perantis u-*
cultumque Majestatis Regiæ consentaneum institutum est; Fiscus ad *sum desti-*
statum Regni Reipublicæve tuendam ac conservandum. Hinc putant *natis.*
hæc bona strictè dici Bona mensalia, Zoffel, Gütber/ Ruchen, Dörf-
fer.

fer. His consentit *Bornitius de erar: lib. X. cap. 5.* his verbis: *In Monarchico statu, vel Polyarchico, sed Monarchicè administrato solet & privatum ærarium constitui, quod Patrimonium Principis, qui statui præst, vel qui administrat, ad singulares expensas, continet, vulgò Domanium Principis seu Fiscus.* Hinc aliqui etiam à Fisco ærarium differre volunt ita, ut in hoc reditus destinati sint ad Republicam, in illo ad Principis individuum, *Gail. 1. Obs. 20. n. 3. Chopp: lib. 1. tit. 1. n. 3.* Aliquando confunditur hæc differentia, imprimis crescente dominatu Monarchiarum, ut factum Romæ, manentibus licet coactoribus, sive receptoribus diversis, ut in Gallia, *Chopp: lib. 1. tit. 1. n. 5. Tholos. Syntagm: Jur: lib. 3. c. 2. n. 7. p. 64.* Si adæquatè Domania describere velis, non tantum solent ex more loquendi Historicorum & Jurisconsultorum denotari res ad individualem sustentationem Imperantis deputatæ, sed & reliqua ad Reipublicæ conservationem destinata. Recensiti ergo significatus præter I. & II. improprii sunt ac abusivi; Ultimus non quidem improprius, sed inadæquatus est.

TH. 15.

In Republica diversa sunt bona.

E diæis patescit, in Republica probè discernenda esse bona communia, publica, Universitatis, Imperantis propria, Domanialia, res privatas subditorum, quæ subsunt tempore necessitatis dominio in inenti Imperantis: *Conf. Springsfeld de Apanag. c. 7. n. 18. Struv. Synt: Jur: Feud: c. 6. n. 5. Busius Subtil. lib. 3. c. 2. Gudel. de Jur: nov: c. 8.*

TH. 16.

Domaniorum Synonyma.

Domaniorum varia sunt Synonyma, potiora autem sequentia: Domanium, vid. *Riccium coll: dec. 599. § 823. Brunne man. conf. r. n. 63.* Video & Gallicè dici les demaines du Royaume, *Chopp: de Dom: Franc: lib. 1. tit. 2. n. 6. in fin.* Plerumque & accuratius Domanium scribitur, *conf. Th. 1. ubi origo hujus vocis exposita, Springsfeld de Apanag. c. 7. n. 28.* Dicitur etiam Patrimonium Coronæ, *Brunnem. d. conf. 1. n. 90.* Principis patrimonium publicum, Principalibus usibus deservientia bona, *Chopp: de Dom: Francie lib. 1. tit. 1. n. 1.* Substantia publica, Sceptrorum jure quæsitæ, *Id. lib. 1. tit. 1. n. 2.* Sacrum Domanium, *Idem lib. 1. tit. 1. n. 5.* publicum regium Dominium, *id. lib. 1. tit. 1. n. 19.* Res Dominicæ, Coronæ opes, bona Sceptrorum, bona Reipublicæ publica, Patrimonium Principatus à *Molineo ad Consu: Paris: tit. 1. de Feud: n.*

172. Imperii bona à *Mynsing. Resp. 4. n. 6. decad. 12. Conf. Sixtin. de Reg. lib. 1. c. 1. n. 33.* Gallicè les domaines, domaines publiques de la Couronne, *Chopp: de Dom: Francie lib. 1. tit. 1. n. 1.* Bona, quæ Principatum sequuntur, *Pufend: de J. N. & G. lib. 8. c. 5. n. 11.* Patrimonium populi, *Grot: de J. B. & P. lib. II. c. 6. n. 11. & 12.* Germanicè Domainen, *Güter/ Herrschafft, Güter/* licet ultimò hoc nomine nonnunquam Imperantium bona patrimonialia indigentur. Plura Synonyma à quibusdam adducuntur, quæ tamen, si accuratè ponderes, potius genera vel species, quam Synonyma Domaniorum sunt. Sic species Domaniorum potius sunt sequentia: Bona mensalia, bona de mensa, *Tafel, Güter/ Küchen, Güter/ Küchen, Dörffer/* dotalis Imperii fundus, dominicum vedigal &c. Genera potius sunt, *Cammer, Güter/* bona fiscalia, bona ærarii.

Synonyma spuria Domaniorum.

T. M. 17.

Regnum Germanicum, de cujus Domaniis in præsentiarum agimus, distinctum à Romano Imperio est. Multi quidem & vulgo existimant, Germanicum Imperium unum idemque cum Romano esse, & nescio, quam fingunt hujus in illius transfusionem. Verum enim verò, cum nunquam magna Germania, ut dicitur Historicis, à Romanis devicta, nec Imperio Romano incorporata sit, neque Germania spontè sese submiserit Romano Imperio, sed semper distinctim ab illo se habuerit, non est, quod dicamus Germaniam Romanum Imperium, vel illius portionem esse. Romanum quidem hæcenus dictum, quia quondam is, qui Rex Germaniæ fuit, à Populo Romano simul Imperator Romanorum, & quidem in Ottone I. test: *C. 23. dist. 63.* perpetuò & hæreditariò quasi jure fuit declaratus; Dum ergò unum idemque Caput harum distinctarum Rerum publicarum fuit designatum, & quondam Romani Imperii gloria valde celebris extitit, Regna hæc utraq; in uno Majestatis subiecto proprio s. capite unita à potiori, Rom: sc. Imperio, denominationem acceperunt: Etenim non infreqvens, pluribus coadunatis Rebus publicis à potiori denominationem tribui, prouti à systemate sive confœderatione tredecim Cantonum Helvetiorum ac septem Provinciarum unitarum Belgii exemplum ducitur. Schwizeri enim ac Hollandi universo systemati nomen dedere, ut nunc dicantur *Die Schweizer und Holländer/* cum tamen quælibet Respublica ab aliis maneat distincta. Imperium nostrum

Regnum Germanicū distinctum à Romano Imperio est.



strum à tempore Conradi III. & Friderici I. usque ad Maximil. I. absolute audivit Romanum, sed postea Maximil. I. ad eradicandam opinionem, ac si Germanicum cum Romano confusum sit Imperium, conjunctim Romano-Germanicum, *Das Römisches Reich Teutscher Nation*, efferri voluit. Quia ergo nostri Reges Germaniæ simul perpetuum & quasi hæreditarium jus habent in Imperium Romanum; hinc adhuc merito Imperatores Romano-Germanici & Imperium Romano-Germanicum insigniuntur: De his pluribus vide elegantem Tractatum *Conringii de Germanorum Imperio Romano* per totum. Nos verò non de Domaniis Romani, sed Germanici Regni tractabimus.

CAPUT II.

De

DOMANII DEFINITIONE, EXISTENTIA & DIVISIONE.

TH. I.

*Definitio-
nes Doma-
niorum.*

DOMANIA definiri possunt, vel quatenus accipiuntur (1.) pro rebus, vel (2.) pro juribus domanialibus. Priori modo sunt Bona Reipublicæ, unde proveniunt fructus ac reditus ordinarii, ad sumorum Imperantium ac Reipublicæ necessitatem, utilitatem & dignitatem expressè, vel tacitè destinata. Posteriori modo sunt jura jam recensitis bonis in hærentia. Hæc definitio, ubi *Causarum genera* in sequentibus pertractaverimus, satis patet, ideoque illi explicandæ jam non immorabimur. Alii aliter definiunt, *Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 6. n. 11.* definit: *Patrimonium populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda Reipublicæ aut Regiæ dignitatis onera.* *Brunnem: Cons. 1. n. 64.* ita: *Domania sunt, que jure Imperii Superiori concessa & regiæ dignitati consecrata & unita sunt.* *Knichen Comm: de Sax: Jur: non prov: c. 7. n. 4.* *Que jure Imperii vel Coronæ superiori conceduntur, nominatimque & disertè consecrata sunt & unita regio diademati,* *Chopp: de Doman: Franciæ lib. 1. tit. 2. n. 1.* *Peregr. de Jur: Fisc: lib. 1. tit. 1. n. 6.* *Lehm. in Chron. Spir: lib. 11. c. 44. p. 187. Lit. E.* *Bst Domanium regium quasi dos regni, sive quasi quidam ususfructus certarum possessionum, Regi ad tuendum dignitatis sue splendorem attributus.*

TH.

TH. 2.

In Imperiis, Regnis, Principatibus &c. hujus generis bona *Domania* reperiri abundè testantur Historiographi, præ cæteris id probat *variarum* latè Chopp: de Dom: Franc: lib. 1. tit. 1. ubi plurium populorum *Nationum* recenset Domania, Romanorum, n. 1. Constantinopolitanorū, n. 6. recensentur. Syriorum, n. 7. Gothorum, n. 8. Persarum, n. 9. Ægyptior: n. 10. Lacedæmoniorum, n. 11. Carthaginensium, n. 12. Macedonum, n. 13. Turcarum, n. 14. Longobardorum, n. 15. Hungarorum, n. 16. Anglorum, n. 17. Scotorum, n. 18. Neapolitanorum, n. 19. Polonorum, n. 20. & in Append: lib. 3. Æthiopum, n. 21. Cypriorum, n. 22.

TH. 3.

Quot Respublicæ, totuplicia bona domaniaia esse solent; *Divisiones* Sunt ergò (1.) Domania vel Reipublicæ simplicis, vel mixtæ: *Domano-* Simplicis, vel Monarchicæ, vel Aristocraticæ, vel Democraticæ; *rum.* Mixtæ Respublicæ multiplices ac variæ sunt, nec certus illarum *Alia Rei-* numerus iniri potest, testant: Pufendorff: de J. N. & G. lib. 7. c. 5. *publicæ sim-* tit. 15. p. 938. Aliqualem verò divisionem mixtarum Rerum *plicis, alia* publicarum qui desiderat, adeat *Thomasii Tab: Pract: XLIII.* qui *mixtæ.* eleganter monstrat, quot modis mixturæ fieri possint.

TH. 4.

Domania (2.) sunt vel profectitia, vel adventitia. Illa sunt, *Alia Pro-* quæ Imperantibus & Reipublicæ in prima fundatione Rerum *fectitia, alia* blicarum reservantur vel deputantur. Reservantur, ubi v. g. à *Adventitia.* populi tanquam colonia emissi capite territorium vacuum per u-
niversitatem occupatur, & dehinc particulatim in privatos fundo-
rum ita fit distributio, ut quasdam territorii partes Reipublicæ ac
suis usibus reservet, conf. Hugo Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 3. §.
19. Chopp: de Dom: Franciæ lib. 1. tit. 2. n. 1. Deputantur, ubi
talis populus post territorii occupationem Imperantem sibi demum
eligit, eique bona in privatos non distributa destinat. *Idem cit. tit.*
lib. 2. hæc bona appellat sceptris ita adhærentia, ut cum sceptris
nata, nec sine iis interitura videantur. *Idem n. 7.* bona primæva
& Coronis innata dicit. Adventitia sunt, quæ post dudum funda-
tas Respublicas demum accedunt. Chopp: d. l. n. 17. ita describit:
Adventitium Domanium est id, quod vel expresse in regio diplo-
mate, vel tacite rebus fiscali adunatum est, vel promiscua fundi pri-
vati cum fiscalibus possessionibus decennii juxta §. 2. L. Regie la-
tæ

ta Anno 1566. mens. Febr. in Molin. Bojorum Metropol. (tacita
coadunatio ergo decennii tempore juxta d. l. in Gallia præsumi-
tur.) Alio nomine vocantur hæc bona etiam adscititia, Coronæ
incorporata, inserta, coadunata &c.

TH. 5.

Alie divi-
siones Do-
maniorum.

Domania (3.) sunt alia, quæ consistunt in Regalibus Mino-
ribus, alia, quæ in rebus aliis vulgaribus ac juribus: (4.) Porro
Domania sunt, quæ in rebus feudalibus, alia, quæ in allodialibus
conspiciuntur: (5.) Alia sunt in rebus Ecclesiasticis, alia in secu-
laribus: (6.) In nostro Germanico Regno alia Imperatoris; alia
Statuum Imperii aliorumve immediatorum Domania sunt: (7.)
Alia Domania sunt patrimonialia, alia non patrimonialia. Plures
addi possent divisiones, sufficiat tamen potiores recensuisse, quæ
è sequentibus clariùs cognoscentur.

TH. 6.

Domanium
in feudis a-
liud dire-
ctum, aliud
utile.

Addendum hoc est, Domanium, pro jure acceptum, in rebus
feudalibus duplex constitui posse, unum jus domaniale directum,
directio feudi domino competens, quale v. g. Imperator habet in
Statuum territorii ratione Regalium Minor. &c. in feuda collatorum;
aliud utile, Vasallo, tanquam utili domino, per concessionem feuda-
lem attributum; Ita Status Imperii in dictis Regalibus &c. ab Impe-
ratore in feudum acceptis, jus domaniale utile habent.

CAPUT III.

De

DOMANII EFFICIENTE, & NORMA, juxta quam judicari debeat.

TH. I.

Origo Do-
manior: an-
tiquissima,
à tempore
fundatarum
Rerumpu-
blicarum.

O Rigo Domaniarum haud dubiè referenda ad initia fundata-
rum Rerumpublicarum. Enimvero postquam Respublicæ
formatæ, ac Imperantes electi, de mediis quoque statum
formatum ac Regentes conservandi prospectum. (Qui communi-
onem primævam statuunt, ab initio Rerumpublicarum communi-
onem, nec bona Domania instituta fuisse existimant, vid: Tholos.
Synt. Jur: Univ: lib. 3. c. 2. n. 4. p. 64.) Testatur id Dn. von Sei-
ckendorff im Teutschen Fürsten-Staat p. 3. c. 1. §. 1. & 2. Es ist auch
nicht zu zweyffeln/ wo ein Volk und Landschafft / das von sich selbst
frey/ und noch unter keiner Herrschafft wäre/ noch heute zu Tage ib-
we

me einen König oder Fürsten erwählen wolte / Der zumahl nicht von
seinen eigenen Mitteln reichlich leben könnte / das dieses die erste und nech-
ste Frage bey der Auftragung solcher Regiments- Last seyn würde /
wie und auf was Maße die Kosten zum Verlag solches Standes und
gebühlicher Ergänzung des Regenten aus gemeinen oder durch Zu-
sammenschließung aus eines Jeden Privat- Mitteln aufzubringen /
inmaßen dann aus Heil. Schrift bekandt / da das Volck Israel ihm
einen König vorzusetzen von dem Propheten Samuel begehrte / die-
ser ihnen aus Gottes Befehl *I. Sam. VIII. v. 11.* alsobald entdeckte /
wie der neue König seinen Unterhalt aus ihren besten Aekern und Wein-
bergen / aus den Zehenden und dero selben Ertrag / und aus dem Dien-
ste der Unterthanen nehmen würde. Bey den Erblichen Königrei-
chen / Fürstenthumen und Herrschafften / die schon in der Welt vom
langen Zeiten her auffkommen / sind auch allenthalben theils bey ihrem
ersten Ursprunge / theils durch nachmahlige Vermehrung gewisse
Güter / Einkünfte und Vorzüge zu befinden / deren sich die Landes-
Herren zu ihrer Unterhaltung und Verführung des Regiments ge-
brauchen / welche insgemein Cammer- oder Tafel- Güter / oder Herr-
schaffts- Güter genennet werden / darumb / daß solche in des Landes-
Herrn eigenem Gewahrham / und besonders darzu verordneten Ver-
thern / die man Cammern nennet / oder zu seiner Tafel und Unter-
haltung mehrentheils eingebracht werden. *Qvð verò tempore Gen-
tes ac Reipublicæ cæperint, id incertum esse ait Henniges ad Grot.
de J. B. & P. lib. I. c. 1. §. 1. Antiquissimam Domaniorum esse
originem, patet ex alleg: I. Samuel. VIII. v. 11. I. Sam. XXVII.
v. 5. 6. & Ezech: c. XLV. v. 8. 9. conf: Choppin de Dom: Franciæ
lib. I. tit. 1. n. 7. Idem in append: Tract: de Dom: Franc: ubi agit
de Polonico Domano §. 1. ait: Omnes Reipublicæ multa habent ex his
communia, quæ ad Jus Publicum spectant, velut commune quoddam e-
lementum; Quemadmodum enim hæc est unicuique Genti Nature san-
cita lex privatim opes querere & partas tueri ad subsidia vitæ compa-
randa: Sic Jus Civile (Capitulationes innuit) idem cuilibet Regno
ac Imperio scriptum est, ut publicum patrimonium universum curetur
conseruandum, quò tanquam Reipublicæ nervò communis salus statusq;
continetur, proinde Spartanorum Politiam damnat Aristoteles, quòd
præter reliquarum Nationum morem & Civitatum, illis nullum suppe-
teret ararium, in quo pecunie publicæ collocarentur. Unde & nar-
rat ipse, crebrò accidisse, ut, dum gravius bellum gerere cogerentur*
C Spar-

**Domaniã
Germaniæ
Veteris ac
hodiernæ.**

Spartani, Cives agrè pecunias conferrent in publicos usus lib. 2. Polit: c. 7. Fortè & idem, de quo conqueritur Aristot: d. l. ratione Spartanorum Republicæ, quondam fuit in Rebuspublicis Germaniæ. Nullum etenim suppetiit ærarium publicum, in quod reditus publici redigerentur; hinc etiam contigit, quòd, ægerrimè pecunias conferendo, facillimè à Regibus Galliæ subjugati tot populi fuerint, deficiente scil. Rerumpublicarum nervò. Antiqua enim nostra Germania nunquam unum Imperium constituit; sed erant in ista multi populi, qui singuli ferè suam sibi seorsim civitatem constituebant, à reliquis distinctam, Conring: disp: de Civibus Imperii thes. 14. & plerique quidem populari regimine gaudebant, quod liberis ingenii aptissimum. Nonnullis Reges erant, sed ferè suadendi magis autoritate, quàm jubendi potestate, ut Tacitus loquitur de Moribus Germanor: Conring: in disp: de Civ. Imperii th. 20. & de Ducibus & Comit: Imperii th. 1. & seqq. qui dubio procul de bonis propriis vel donis ac liberalitate subditorum vivebant, quorum potestas cessante bellò plerumque desinebat, Idem dict: disp: de Ducibus th. 5. in fine. Verùm utut antiquis illis eximia libertas hæc blandiretur, tamen, uti dictum, deficiente ærario publico communi atque uno imperio, quò connecterentur, exterorum Gallorum invasionibus opportunè reddebantur, valitissimæ quoad cætera Gentes; Imò ne fœderibus quidem plerumque se satis maturè contra commune periculum muniebant, conf: Monzamban. de stat: Imp: Germ: c. 1. §. 2. Populi illi distincti Germaniæ, unus post alterum, à Regibus Franciæ à tempore Seculi quinti paulatim superati, ut tot Republicæ Germaniæ dehinc Provinciæ Regni Gallici fuerint factæ, Conring: disp: de Civibus Imperii th. 22. & seqq. qui Reges dehinc suos Comites, Duces ac Missos, perinde ut quondam Romani Præfectos, in Provincias mittebant: (Vide aliquatenus dissentientem Fürstnerium de Jure Suprem: cap. 14.) Hisce salaria ex publico deputata fuerunt, eaque non tam in opimis redditibus, sed muneribus subditorum atque usu sylvarum, agrorum, aquarum, aliorumque hujusmodi jurium consistebant, Lehmann: in Chron: Spir: lib 11. cap. 17. fol. 87. lit. A. B. C. & c. 22. p. 105. lit D. Myler ab Erenbach in Archol. c. 7. n. 3. Horum conditio tum temporis haud dispar fuisse videtur, qualis hodiè est Bassorum, Begorum, aliorumque militum in Turcia, suas certas Timarias possidentium; Pariter ac hodiè

hodiè in regno Gallia omnes Præfecturæ Provinciarum à nutu Regis dependent, *Choppin de Dom. Francie lib. 1. tit. 5. n. 12. § 20.* Successu verò temporis hæc officia facta hæreditaria, maximè, ubi filii virtutem patrum imitabantur, *Conring: disp: de Ducibus & Comitibus § 16. Myler Archol: c. 9.* Hi Comites & Principes occasione discordiarum inter Caroli Magni posteros ortarum, imprimis etiam tempore Ludovici IV. ultimi Regis ex Carolina stirpe, Hungaris in Germaniam irruentibus, *Conring: disp: de Ducibus & Comitibus § 19.* nec non occasione electionis Imperatoriæ, (cui quondam omnes Proceres intererant, deferentes imperium, prout lubuit,) accedente Caroli IV. aliorumve profusâ liberalitate, plenò jure Provincias ad se traxerunt. Ne verò planè se subducerent, Reges directò dominiò feudi fuere contenti, translato utili ac territoriali in ipsos tanquam Vasallos, *Struv. in Syntagm: Juris Feudal: c. 1. §. 4. n. 5.* Cùm verò, Caroli Magni Prosapia demortuâ, regnum Germaniæ proprios sibi Reges crearet, hæreditarii hi Duces & Comites, inprimis turbulentis temporibus Henrici IV. & Friderici II. Regalia ac Jura Fisci partim vi, partim emptione, partim liberalitate Regum, in suam potestatem redegere, publicâ regni egestate secutâ & nervò rerum gerendarum Regibus præcisò, *Conring: dict: disp: § 17. § 18.* exturbatis Præfectis Urbicis, *Reichs-Vögte / Schultheißen* & Procuratoribus Imperatoris universalibus, qui redditus provinciales acceptabant, & in Imperialem Fiscum referebant, *Myler ab Ehrenbach Archol. cap. 21. n. 6.* Ottonis quoque Magni tempore, Ducalis ac Comitum dignitas unâ cum territoriis Episcopis & Abbatibus noviter attribui cepit, *Conring: dict: disp: §. 3. § de Urbibus German: § 107. § seqq. Struv. Syntagm: J. F. c. 1. §. 4.* & licet itidem, teste *Struvio in Synt: Juris Feudal: c. 4 §. 20.* ad tempus Reges suos Advocatos, *Rassen-Vögte* in his Ecclesiasticis Personis collatis territoriis, inter alia etiam ad redditus Imperiales recipiendos, aluerint, hi tamen & postea variis modis eliminati fuerunt, donec Status Ecclesiastici ferè omnes redditus ac Regalia Imperatori Fisci variis titulis suo fisco appropriarent, *Myler ab Ehrenbach Archol cap. 3. §. 7, 8, 9. § cap. 14. §. 7. § 8. Conring: d. disp: §. 28.* Hæc ergò ratione Status Imperii omnia ferè jura Fisci consecuti sunt, *Myler dict: l. c. 21. n. 16.* & propè Regiam in suis territoriis nacti sunt potestatem, quam analogam Majestatem quidam dicere amant, *Landes-Fürste*

Fürstliche Obrigkeit / Landes Hoheit oder Herrlichkeit / *Conring: diff: de Ducib: & Comitib: §. 17. Myler ab Ehrenbach de Statibus Imper: c. 36. n. 1. Commoda Fiscalia in Civitatibus Imperialibus, olim Imperatoribus unice competentia, & sibi una cum jure territoriali acquisivisse civitates testatur Myler ab Ehrenbach Archol. c. 20. & Conring: de Urbib: Germ: §. 48. & §. 118. & seqq. Nexus vero Feudalis, quò Status Imperatori sunt obstricti, de summa ipsorum potestate in præsentiarum nil imminuit; is enim hodiè non tam subjectionem, quàm confederationem importat; sicuti verò privatus à privato feudum accipiens directi Domini non continuo fit subditus, ita nec Status, sua territoria ab Imperatore in feudum accipientes, Grotius de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 23. Conring: ad Lampad. part. III. c. 3. §. 6. 8. 16. 20. Monzamban: de Stat: Imp: Germ: c. 6. Pufendorff: diff: Acad: de Republ. Irreg. & Rachelius Introd: ad Jus Publ. Germ. c. 8. qui ferè ut confederatos nostros Status confiderant nostram què Rempublicam ferè ut systema Civitatum.*

TH. 2.

*Efficiens
dominio*

Efficiens Domaniorum, in qualibet Republica, is, qui τὸ κύριον possidet, merito constituitur; In Monarchia ergò Monarcha, in Aristocratiâ Optimates, in Democratia universus populus est. Quod si in statu Optimatum ac Democratico in constituendis Domaniis vota discrepent, major pars solet concludere & rationem integrè habere; hic enim modus negotia publica expediendi convenientissimus est, Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 17. & lib. 3. c. 20. §. 4. In quibusdam verò causis majoritatem votorum obtinere non volunt Publicistæ Germaniæ, inter quos est Fürstnerius: de Jure Suprematûs cap. 41. In mixta Republica, ubi Majestas est divisa, quisque ratione suæ partis Majestaticæ ac Regalis, quod independentè ab altero possidet atque exercet, & Domania formare potis est. Si ergò unus haberet jura belli, alter jura pacis, tunc & iste ad bella feliciter gerenda, hic ad jura pacis commodè expedienda bonâ cum gratiâ Reipublicæ Domania constituere valeret. Ubi modus externus Regiminis quidem Monarchicus, forma verò interna vel Aristocratica, vel Democratica, ibi & Optimates, vel Populus præcisè Domania constituunt. Cui verò in Republica Majestas propriè competat, id verò omnium optimè exposuit Hugo Grotius de J. B. & P. lib. 1. c. 3. n. 10. & seqq.

TH.

TH. 3.

Quondam nostri Reges Germaniæ, qui simul Imperatores Romanum fuerunt, singulares redditus in territorio Germanico atque Italico sibi constituerunt; Fridericus enim I. Cæsar ad necessarios regni mensæ aulaeque sumptus & decus Majestatis conservandum pro tribunali in Ronchallis sedens bona domanialia pronuntiavit Regalia, id est, Ducatus Regales, Marchias, insignes Comitatus, Monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscaria, cæteraque ex decursu fluminum manantia commoda, salifodinas, aurifodinas, seu quæ alia in metallorum venis terræve, effosso lapide, juxta dominica liceat percipere, id quod *Radevic. lib. 2. c. 5.* continetur, & *c. 1. quæ sunt Regalia in feudis, Sixtin. de Regal. lib. 1. proem. n. 5. & seqq. Choppin de Doman. Francie lib. 1. c. 2.* Hæc Jura recensita quondam non Statibus Imperii, sed Imperatoribus solis ut Domania competuisse, supra deductum, idque testatur etiam Dn. à *Stefendorff im Teutschen Fürsten Staat part. 3. Confer A. B. tit. 9.* ubi specialiter Regalia Electoribus conceduntur. Postquam verò, uti dictum, Statuum potentia aucta, & territoria quoad utile dominium variis titulis in eos absolute transacta, non amplius Imperatori integrum, ibidem constituere Domania citra Statuum consensum, idque test: *Capitulat. Ferdinandi III. §. Etwe Majestät sollen und wollen auch. & §. Und wo es Sache. & art. 8. §. Gaudeant. 2. Instr. Pac. Cesar. Svec. Capit. Leop: art. 17. Recess: imp: de Anno 1675. §. 16. & seqq. & de Anno 1603. §. 7. Conring. disp: de Capit: Cesar: §. 39.* Si verò Imperator de propriis Domania sibi constituere vellet, id certe licite posset.

Quis Domania in Regno Germanico constituat.

TH. 4.

Status Imperii, iive omnes, qui in nostro Germanico Imperio Jus territoriale habent, constituere possunt Domania, *Brunneman. Conf. r. n. 68.* Licet enim videantur Majestate destituti, dum Imperatoris subditos ac Vasallos se profitentur, & Imperator unice titulo Majestatis insignitur, non tamen à rerum externarum specie, ritulis & verbis ad interiorem formam Reipublicæ argumentari licet, *Grotius de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 10.* nec, uti dictum, nexus feudalis formaliter subjectionem infert, *Grot: & Conring: supra th. 1. cit. locis:* quia tamen reverà in suis territoriis ferè Regiam potestatem exercent, ideoque propriè Domaniorum efficientes dici poterunt. Ab antiquo tamen tempore moris in Germania fuit, Imperatores,

Quis in Statuum territoriis.

Status Imperii allave immediata membra in suis territoriis non nisi cum consensu Procerum, Statuum Provincialium & subditorum nova Domania circa personas ac bona subditorum constituere, *Conring: de Negotiis Conventuum Imperii §. 17. Frideric. de Mand. 2. c. 44. n. 7. §. 8. Gail. de Arrest: c. 10. n. 17. Bocer: de Coll: c. 4. n. 8. Arnis: de Jure Majest: lib. 3. c. 7. n. 8. Modest. Pist. Vol. 11. conf. 9. n. 26. Cotbm: Vol. IV. resp. 3. n. 251.* Hæc ergo ratione æquum ac justum est, in Conventibus Provincialibus, auf Land-Tagen/ id subditis proponere, ne in suum præjudicium inviti collectis graventur. Quod si tamen alicubi sit consuetum, Imperantesve in justa sint possessione, citra Statuum consensum Domania atque Collectas circa personas ac bona subditorum noviter introducere, tunc pro arbitrio, non attentò populi suffragiò, disponere valent. Ubi verò moris, Statuum, vel populi consensum desuper requirere, tunc ipsorum consensus non tam constituit Domania, quàm declarat, sibi non displicere à se suisque bonis collectam ordinariam in posterum exigi. Destinatio ergo Majestaticæ Personæ unicè causa Domaniorum est; Inde apparet, privatas personas ex liberalitate & affectu erga Rempublicam, quædam ad Domania formanda offerre quidem posse, Imperantem verò summum per acceptationem Domanialem qualitatem demùm addere, *argum: l. 29. §. 2. §. l. 10. C. de don: l. 69. D. de R. J.* Quondam in Gallia Parliamentorum consensum in determinandis Domaniis intervenire necesse erat, teste *Choppin de Dom: Francie hinc inde.* Quod si in territorio, ubi Capitulum est, Episcopo noviter electo inter alia sub eâ conditione regimen deferatur, ut v. g. res infeudari solitas vacantes Domaniis incorporet, tunc approbatio Episcopi tanquam Majestaticæ personæ efficit, ut existente conditione talis res Domanialis facta censeatur. In Civitatibus liberis & Imperialibus quoque, prouti forma ibidem vel Aristocratica, vel Democratica, vel mixta est, Domania juxta has formas constitui posse nullum est dubium. Collegia Canonorum & Canonissarum, qui quæve tanquam immediata membra Imperio in Civilibus subsunt, Germanicè *Freie Râysert. Stiffter* / quale est Collegium Canonorum Bruxellæ in *Prurheim* / Canonissarum in *Purscheld* juxta Aquisgranum, Nobiles Imperii immediati, nec non Burggravi Ganerbiorum & Commendatores Ordinis Teutonici immediati Imperii, licet Status non sint, nec votum & sessionem
in

in Comitibus habeant; cum tamen Superioritatem Territoriale[m] ex veriori Publicistarum sententia possideant, jure meritoque efficientes Domaniorum dici poterunt.

TH. 5.

Civitatibus Imper: liberis & iis oppositis Municipalibus sive Provincialibus nonnulli addunt mixtas, qualem esse dicunt Ham-burgum. Sed cum in definitione illarum mirè varient Doctores, nec uno modo, quid mixturam talem faciat, exponant, in Imperii Constitutionibus ulla mixtio sit fundata, alii non sine ratione hoc Civitatum genus rejiciunt, aut saltem tales dari negant. Vide Burgold. ad I. P. p. 1. d. 21. m. 4. n. 19, 20, 21. Dn. Rhetium disp: de Stat. Rolandi cap. 4. n. 25. de statu subdit: Imp: c. 3. n. 261. seq. Rectius forsitan dixeris, Imperiales esse vel cum contradictione, vel non sine aliorum contradictione: Deinde Municipalium alias Principum suorum nutui ad omnia obnoxias, alias verò multis Immunitatibus ac Privilegiis ornatas, imò nonnullas eousque erectas, ut cum Imperialibus contendere audeant, quales Rostochium, Wilmaria, Hildesia, Osna-bruga, Magdeburgum &c. Quia tamen Imperio non immediatè subsunt, & jure Comitiorum Imperii destituuntur, in numerum Municipalium rectè referuntur. Inde porro fuit, quòd dictæ Civitates, non habentes immediatatem, nec propriè dicta Domania forment.

TH. 6.

E superioribus manifestum, Civitates Municipales, Communitates ac Collegia, Jure Majestaticò ac Territoriali destituta, quædam bona quàm maximè Domaniis æqualia possideant, tamen propriè Domania formare posse.

TH. 7.

Interest scire, quâ ratione Domania constituentur. Enimverò sæpè acriter disputatum fuit de bonis quibusdam, an Domania sint facta, adeoque jura, circa Domania constituta, ibi obtineant, nec ne. Constitutio verò Domaniorum Adventitiorum vocari solet Incorporatio, quæ iterum duplex, vel Expressa, vel Tacita. Expressa est, quando in Republica cum certa solennitate bona quædam qualitate Domaniali donantur. Expressæ incorporationis formam præscribunt Valentinus, Valens & Gratianus Imp: l. 1. de Incorporation: lib. 9. Cod. Theodos. § l. Si quando. de bonis vacant: lib. 10. Cod. Justinian: Si quando, inquit, aut alicujus publicatione,

Civitates
medie inter
Liberas &
municipales
propriè non
dantur.

E. Corpora
non Maje-
statica nulla
constituunt
Domania.

Incorpo-
ratio Do-
maniorum.

Vel est
Expressa.



catione, aut ratione juris, aliquid nostræ addendum est rei, ritè atque solenniter per Comitem rerum privatarum, dein per rationales, in singulis quibusque provinciis commorantes Incorporatio impleatur, & diligens stylus sigillatim omnia adscribat. Tituli verò, quorum adjunctione prædia nostris sunt consecrata substantiis, non nisi publicâ testificatione proponantur. Idem cautum est in *l. Si vacantia. eod. tit.* Bonorum igitur annotatio ac *invois* quedam rerum privatarum cum aliis Fiscalibus conficienda. Cujusmodi rerum inter Fiscales descriptio solenni ritu fiebat ex præscripto Comitis privatarum, & cura Catholicorum, titulis publicè affixis, Cæsareâ Arcadii & Honorii lege: *Si quis intra. de bonis præscriptis.* Iisdem formulis Theodoricus usus ad Cassiodorum: *Casas ejus, in fit, appositis titulis, Fisci nostri juribus vindicabis.* Quò recidit Imperatoria Honorii & Theodosii *Lex 1. Cod: Ut nemo privatus titulos præsidii suis vel alienis imponat, vel vela Regia suspendat.* Renatus Choppin de *Dom: Franciæ lib. 1. cap. 2. §. 8.* In Gallia modus expressus constituendi Domania proficiscitur ex Regio unionis fundorum cum sceptris diplomate; De quo modo vid: *Choppin ind. tract. lib. 1. tit. 2. n. 7. & tit. 5. per tot.* Ad Expressam Incorporationem quoque refero, si à Superiori certus modus exprimatur, sub quo incorporatio facta censi debet, v. g. si à Principe concludatur, ut bona damnatorum ob crimen fortè Perduellionis in fiscum redacta, Fiscalia eoque Domania haberi debeant. Malè tamen à *Choppino lib. 1. c. 2. n. 9.* tales modi ad tacitam incorporationem referuntur. Consultissimum ac ad evitanda litigia convenientissimum est, certos modos exprimere, quibus expressa incorporatio facta cognosci possit; Idque fieri potest, si in Transactionibus & Capitulationibus, Imperantibus præscriptis, id evidenter declaretur. Sic sæpè conclusum, ut Episcopi, dum Episcopatus vergit ad inopiam, bona infeudari solita vacantia ne reinfeudent, sed mensæ Episcopali incorporent. Confer *Schraderum Vol. II. Conf. 39. n. 193. & seqq.*

T H. 8.

Vel Tacita. Tacita Incorporatio est, quando citra ulla solennitates tantum ex signis quibusdam colligitur, Personam Majestaticam bona quædam, hæcenus non Domania, velle tamen imposterum Domania esse, juribusque, circa ea præscriptis, judicari. Quo casu Tacitum idem operabitur, atque Expressum, *Tuschns lit. T. prest.*

præst. Concl. 8. Et tunc Tacita Incorporatio se non aliter habet, atque consuetudo, quæ vim legis habet inde, quòd Superior tacitò suò consensu pluribus actibus auctoritatem legalem voluit attribuere. Hinc optima videtur esse *Menochii de Arbitr: Jud: Quest: lib. 2. cap. 433. num. 29.* aliorumve à *Rosenthalio in Tractat: ad Jus Feud. cap. 4. concl. 34. ad num. 11. lit. M.* citatorum sententia, qui statuunt, Tacitam Incorporationem, in thesi puta, certo tempore non posse determinari, sed id Judicis arbitrio esse relinquendum.

TH. 9.

Diversæ sunt opiniones, è quibus signis tacita incorporatio Unde præfacta censi debet, vid: *Schrad: Vol. 11. cons. 39. n. 201. §. 11. sumatur taloque sententia.* Distingvendum putaverim inter Domania, quæ cita Incorporatione hæreditariò, ut à Statibus Secularibus solent acquiri, & incorporatio. ter ea, quæ jure electitiò, prouti habent Episcopi, Prælati &c. In illis tacita Incorporatio non facile præsumitur; cùm enim odiosum sit, seipsum suosque hæredes facultate sibi competente liberâ privare (res namque domaniales & mensæ incorporatæ ordinariè non possunt alienari, ut infra dicetur) non existimandum, Principes Seculares bona sua patrimonialia ejusdem naturæ, quæ sunt Domaniales & Regalia Fisci, quæ ab Imperatore sub onere feudali accipiunt, constituere voluisse; Ergo valde prægnantes & claræ præsumptiones ad mentem incorporandi colligendam hic requiruntur. In his faciliùs inducitur præsumptio Incorporationis, dum enim v. g. à Prælato res infeudari solitæ, vacantes factæ, reinfeudari quidem possint, si verò retineantur, nec tamen transmittantur ad hæredes Prælati, faciliùs ac secularis præsumitur Domaniis incorporare retenta voluisse. Illud verò indubitatum est, bona per Prælatum ad longum temporis spatium possessa in dubio præsumi esse de mensa Ecclesiæ, & ipsi incorporata, nisi contrarium probetur, *Rosentb. de Feudis cap. 4. conclus. 34. n. 1. Mascard. de Probationib: Vol. I. conclus. 203. n. 1.* Quantum vero temporis, an unus annus, decennium, triginta, quadraginta anni &c. requirantur, prouti aliqui à *Rosenthalio d. l. n. 9. §. seqq.* & à *Mascardo d. l. n. 13. §. seqq.* relati volunt, id inter Jctos controversum, sanior sententia, certum tempus à lege non expressum Judicis arbitrio committendum esse, qui pro ratione circumstantiarum quandoque majus, quandoque minus, ut

in consuetudine inducenda fieri asolet, sufficiens iudicaverit. *Conf: Menoch. de Arbitr: Jud: Quest: lib. 11. Cent: 5. cas. 433. n. 29. Mascard. de Probat: Vol. 1. concl. 203. n. 17. Rosenth d. l. n. 12.* Quod si bona infeudari solita vacantia non statim reinfeudaverit Prælatus, sed ad tempus, commodam fortasse expectans reinfeudandi occasionem, penes se retinuerit, hoc ipso non continuo mensæ incorporata hæc bona censentur, *Rosenth. d. l. n. 13. Menoch. d. l. n. 30. & Conf. 79. n. 1. § 2. Mascard. d. l. n. 19.* Inde consequens est, talismodi res, non incorporatas, licet reinfeudari, nec à possessoribus iuste revocari. Alias certum, Prælatum bona huiusmodi vacantia ad se delata per expressam declarationem Domaniale & mensalia efficere posse, *Mascard. dict. l. n. 8. Rosenth. d. l. n. 4. Menoch. de Arbitr: Jud: Quest: d. l. n. 4.* Porro tacite incorporata à Prælato &c. censentur res Ecclesiæ apertæ, si Officiales seu alii Magistratus ad id specialiter constituti in Libros & Registra Ecclesiarum, in quibus bona mensæ describuntur, retulerint, *Rosenth. d. l. n. 7. Mascard. d. l. n. 11. Menoch. d. conf. n. 14. Menoch. de Arbitr: Jud: Qu: d. l. n. 9.* Ergo, ut supra dictum, si Prælatus in possessione sit talismodi bonorum, in dubio præsumuntur esse Domaniale: Contra ex regulis bonæ interpretationis fuit, si à Prælato ad tempus retenta bona infeudari solita vacantia, nec expressè mensæ incorporata, dehinc reinfeudata & translata in Titium fuerint, in favorem Titii tanquam possessoris, præsumi non facta Domaniale: Confer omninò *Schraderum d. Conf: 39. n. 201. §. Etsi illa.* Optimum tamen & ad evitanda litigia convenientissimum est, certum tempus in Capitulationibus Imperantibus præscriptis declarare, intra quod præsumptio Incorporationis iusta atque sufficiens sit, prout tale tempus, decem videlicet annorum, in Gallia determinatum esse supra *Cap. 11. tb. 4.* diximus. Plura qui desideraverit de Incorporatione vel expressa, vel tacitâ, adeat *Schrader: d. Vol. 11. § conf. 39. Rosenth. Menoch. & Mascard. cit: locis & Rosenth: cap. 4. concl. 24.*

TH. 10.

Causæ Ministeriales Domaniorum.

Causæ ministeriales sive administræ Domaniorum pro varietate Rerum publicarum variæ. Super vacuum, officia personarum, quæ Camera Imperiali, nec non rebus privatis ac patrimonialibus in Romano Imperio quondam præfuerunt, hic recensere, adeat, qui volet, *Panciroli Notitiam Imperii tam Orientis, quàm Occi-*

Occidentis, ubi inter alia, istorum officia ac insignia ex Antiquitate bene eruta, conf: Choppin. de Doman: Francie lib. I. tit. 1. §. 2. Tholos. Syntagm: Jur: Univ: p. III. lib. 49. c. 7. p. 820. Quæ personæ præ sint Camera Gallicæ, deducit Choppin. latè lib. III. tit. 24. per totum. In præsentî nostro Germanico Imperio varia Cameralium officia, vid: Dn. à Seckendorff im Teutschen Fürstent: Staat p. III. c. 4. n. 1. his verbis: Mann besetzt solche Collegia, nach unterschiedlicher Gewohnheit der Lande/ mit Lands: Hoff: Meistern/ Cammer: Præsidenten/ Cammer: Râthen/ Schatz: Râthen/ Cammermeistern / mann ordnet ihnen zu ihre besondere Cammer: Kanzley: Cammer: und Rentheren: Secretarien/ Cammer: und Rentheren: Schreiber und dergleichen: Der Ort/ da sich die Cammer: Râthe versamen/ wird die Cammerstube/ oder Cammerath: Stube/ Das Gemach aber für die Cammer: und Rentheren Verwandten/ die Cammer/ Kanzley oder Rentheren genennet; Jedoch pflegen auch die geheimen Secretarii, und dergleichen Bedienten in einer geheimen Kanzley/ etlicher Orten Cammer: Secretarii zu heißen; Nebst den Cammer: Râthen/ wird ein Land: Rentmeister geordnet/ welcher gleicher gestalt mit Rathschlägen und Arbeit bey Expedition der Cammer: Sachen/ sonst aber/ wie hiernechst folgen soll/ mit Aufsicht auf die Renten und Rechnung selbst/ gebraucht wird. Diese Personen werden von Fürstlichen Rathstuben auf die Weise/ wie andere Râthe verpflichtet: Hiernechst/ wie schon gedacht/ wird die Rentheren/ oder Cammer: Kanzley mit einem oder mehr/ Cammer: und Rentheren: Secretarien/ Cammer: und Rent: Schreibern/ Gegen: Schreibern/ Buchhaltern/ Cammer: Registratoren/ Actuarien/ und Kanzellisten/ Kassnern/ Forstschreibern/ und gewissen Rentheren: Dienern/ zu Aufsichtung bestellet. Munus præcipue in eo consistit, ut fideliter suo officio fungentes per bonam œconomiam Principis utilitatem ac interesse quovis modo promoveant, subditos illicitis exactionibus ne prægravent, nec injustis processibus Fisci nomine quæpiam defatigent, semper justitiæ studeant, nec, quod fieri solet, ex adulatione, tantum ad aucupandam gratiam, Imperantibus contra subditos nociva consilia suppeditent. Semper enim obvertetur illorum animo gravissima vindicta in Isebelem, quæ in gratiam Regis Achabi, mariti sui, Nabotho vineam extorserat, I. Reg. XXI. Considerent verba Proverb: v. 12. §. 13. quæ in Vers: German: ita habent: Für den Königen Unrecht thun / ist

ein Greuel/ denn durch Gerechtigkeit wird der Thron bestätigt/ recht
 ratben gefällt den Königen / und der gleich zu rath / wird geliebet/
 Nemini injustè suum auferant : Verissima enim est Augustini in
 epist. ad Macedonium § 4. sententia : Si res aliena , propter quam
 peccatum est , reddi possit , & non redditur , pœnitentia non agitur , sed
 simulatur ; peccatum enim non remittitur , nisi ablatum , si vel mi-
 nimum etiam sit , restituatur. Id verò est , quod pauci , prohdolor !
 attendunt.

TH II.

*Norma Do-
 maniorum.*

Inquirendum nunc, juxta quam normam, quasque leges con-
 troversia de Domaniis subortæ judicari debeant. Videndum :
 An Concordata & Capitulationes, Domaniis certam formam
 præscribentes, sint erectæ; quò casu & ipse summus Imperans
 juxta hanc normam se judicari patietur, quandoquidem & summi
 Imperantes mediante Jure Naturali pacta servare obstricti sunt,
 Grotius de J. B. & P. lib. I. cap. 3. §. 16. Quod si hæc deficiant,
 meritò recurritur ad Jus Naturale & Gentium, quò Majestaticæ
 personæ & Republicæ semper obligantur, Grotius de J. B. & P.
 in proleg. & lib. I. c. 1. n. 1. At verò, si Lex Civilis subditis præ-
 scripta ex præsumpta Imperantis voluntate & ad hæc bona videat-
 tur extensa, tunc meritò juxta eam hujusmodi controversiæ ex-
 pediantur, Grot. de J. B. & P. lib. II. c. 4. §. 13. In nostro Ger-
 manico Imperio, ubi Jus Civile Romanorum inter Status Imperii
 unanimiter receptum, juxta quod etiam in eorundem controversiis
 in Camera Imperiali judicatur, Ordinatione Camerali part. I. tit. 13.
 & 57. & p. 2. tit. 31. in fin. & p. 3. tit. 4. §. Wir sehen. & Rec. I.
 1654. §. 105. & illud, inprimis in materia Præscriptionis, judicandi
 normam hic præbebit. Juri tamen Civili tunc non inhærendum,
 ubi ob mutatum hodiernum Reipubl. statum ratio illius huc planè
 non quadrat. Normæ ergò locò nobis sunt Capitulationes, Instrum.
 Pacis, A. B. Recessus Imperii, Jus Fendale, Jus Civile Romanum,
 mutatis tamen mutandis, atque Conventiones Statuum ac Ordinum
 cum Dominis Territorialibus.

CAPUT IV.

De DOMANII CAUSA FINALI.

TH. I.

*Quare con-
 stituta Do-
 mania.*

Constituta haud dubiè bona Domania sunt ex favore erga pu-
 blicum & Imperantes, ut inde certi reditus suppetant ad neces-
 sarias

sarias, utiles & nonnunquam ad voluptatem & splendorem Imperantium ac Reipublicæ facientes impensas. Expedi enim in publico habere ærario nervum rerum gerendarum, ne subditi quotidiè per Collectarum exactiones molestantur, Imperantes quoque sciant, quantum ordinariè ad usus publicos Respublica voluerit deputatum, eoque magis frugalitati ac œconomix studeant, nec non licentia subditos promiscuè & pro lubitu collectis divexandi ipsis præscindatur: Conf. Heig. part. 1. qv. 17. n. 1. & seqq. Zigler. de Jur: Majest: lib. II. c. 1. n. 5. & seqq. Tbolos. Synt: Jur: lib. III. c. 2. cap 65. Confirmat idem Dn. à Beckendorff im Teutschen Fürsten Staat P. 3. c. 1. §. 4. his verbis: Einwobl ist es an dem / daß gleichwohl der Landes Herr vor andern seinen Untertanen zu seiner und seiner Angehörigen / Gemablin und Kinder täglichen Unterhaltung in geziemender Speisung / Kleidung und Aufwartung sehr ehrliches Auskommen haben muß / allermaßen solches Göttlicher Ordnung und aller Vöcker Recht nicht ungemäß ist; So ersodern fürs andere die Befolgungen so vieler Diener / hoher und niederer / bey Hoff und auf dem Lande / zu Erhaltung des Rechts und gemeinen Ruhes auch nicht ein geringes / drittens gehet ein grosses auf allerhand Verrichtungen und Geschäfte inn- und außershalb des Landes / auch im Reichs- und Kreis- Sachen / dadurch gegen Hohe und Niedere / auch seines Gleichen der Fürstliche und hohe Stand / die Freyheit und Befugnis des Landes und gute Nachbarschaft erhalten wird / vierdtens müssen auch die Fürstlichen Schlöffer / Ambt Häuser und dergleichen Gebäude / auch wohl Befestungen / Landstrassen und Brücken in ihrem gewöhnlichen Stande erhalten werden / fünftens / wie ein ieder Christ nach seinem Vermögen / also pflaget und hat auch billich der Landes Herr zu allerhand milden Sachen / Befoderung Kirchen und Schulen / Unterhaltung des Armuths / Belohnung verdienster Leute / Verehrung und dergleichen vor andern ein ansehnliches aufzuwenden / sechstens kan ihm auch nicht verdacht werden / da er zu Erquickung in mühseliger Regiments- Arbeit etwas auf Fürstliche Ergöhligkeit und Übungen anleget.

TH. 2.

Probos ergò ac frugales Principes decet, redditibus ordinariis *Collecte*
 è bonis Domaniis esse contentos, nec subditos onere colle- *tempore*
 ctandi gravare, quò non nisi extremâ necessitate urgente, & ubi *necessitatis*
 deficiunt redditus domaniales, cum consensu tamen subditorum, *imponenda.*

D 3

emum

demum confugere licet; hinc plerique jus collectandi tanquam
extraordinarium remedium solent constituere, Seckendorff im
Teutschen Fürsten Staat P. 3. c. 3. n. 8. Die Steuern/oder die also
genante Anlagen und Entrichtungen sind keine ordentliche gewisse
Fälle / die etwan ein Unterthan seinem Herrn an Erb: Zinsen und
Frohdiensten entrichtet/ sondern seynd Extraordinar- Anlagen und
Einnahmen/ welche ihrer rechten Art und Gewohnheit nach freywil-
lig und als gutherzige Beysteueren gereicht / und dahero auch in etli-
chen Dörffen Bethen/ das ist/ erbethene Einkünfte / anderstwo auch
Hülffen und Presente genennet werden / denn es hat/ Gott Lob in
Teutschland und denen meisten Christlichen Reichern / mit den Unter-
thanen diese Gelegenheit/ daß dieselbe nicht dörfen vor leibeigene Knech-
te gehalten/ und also nach des Eigenthumbs Herrn Willen mit ihrem
Guth und Blut gebahret werden / als etwa bey barbarischen / un-
Christlichen und tyrannischen Gewalten und Herrschafften der Ge-
brauch ist/ sondern was eine Christliche hohe Obrigkeit bey ihren Un-
terthanen an Renten und Gefällen/ Erb: zinsen/ Besuchen/ Frohn-
diensten und dergleichen hergebracht/ darbey hat es ordentlicher Weise
sein Betwenden: Nachdem aber dieselben Gefälle zuweilen nach Gele-
genheit der Zeiten und Läuften nicht zureichen / sondern der Obrigkeit
solche Kosten und Anlagen zu handten stossen / daß sie ein mehrers be-
dürfftig/ so ist es von Alters Noth halben auskommen/ daß sie ihre Un-
tersassen umb guthwillige Steuer und Hülffe ansprechen/ das geschie-
het nun in einem Fürstenthumb und Land dergestalt/ daß der Landes-
Herr seine Land: Stände/ Prælaten/ Grafen/ Herren/ Ritterschafft
und Stände/ so viel darvon seiner Landes Fürstl. Hoheit unterwor-
fen sind/ auf einen gewissen Land: Tag beschreibet / ihnen sein Anlie-
gen/ als etwa zugestossene oder besorgende Kriege und Einfälle/ schwe-
re Schulden: Lasten und Abgang der eigenen Cammer: Güther/ welt-
läufftige Bestellung des Regiments/ notwendige Gebäude / vorha-
bende gemeinnützige Anstalten / ansehnliche Heyrathen / kostbare
Reisen/ Legationen und was er dergleichen mehr zu seiner oder des
Landes Nothdurfft anführen mag / vortragen und entdecken läset /
und ihre gutherzige Hülffe begehret. Idem cit. cap. n. 6. So pflegen
die Christlichen hohe Obrigkeiten / welche dieses Rechts fähig sind /
bittlich desto behutsamer damit zu verfahren/ und damit sie desto weni-
ger Ursache haben solche Extraordinar- Mittel zu gebrauchen / ihre
Cammer: Güther desto fleißiger in acht zu nehmen / gute ordentliche
Hauß

Haus- und Hofhaltung zu führen / den Pracht und Überfluß abzuschaffen / und zu vermeiden / und also anders nicht / als in hochdringenden Nöthen die Steuern zu begehren / dieselbe zu dem Ende / darzu sie gewilliget / freulich und wohl anzutwenden / eine rechtmäßige bläliche Proportion damit zu halten / mit selbigen niemand deswegen zur Ungebühr vor andern zu beschwehren / oder davon zu befreien / sondern sich damit als Christliche und milde Regenten zu erweisen / welche ihre Macht nicht zu Unterdrückung / Nachtheil und Quaal / sondern zu Schutz / Rettung und Erquickung der armen bedrängten Untertanen zu gebrauchen haben.

TH. 3.

E diēis etiam patescit, quod necessitate cessante, debeant & *Necessitate* hęc collectę cessare. Verum Experientia hodię testatur, quod *cessante col-* extraordinarię collectę degenerent in ordinarias, dum Imperan- *lectę quoq;* tes id, quod semel introductum, non facilię patiuntur iterum tolli, *tollantur* inde verö sequitur maxima subditorum ruina, rebellio & nonnun- *iterum.* quam totalis mutatio, imö & interitus statüs: Conf: Born: de arar. lib. 6. c. 1. Heig. P. 1. qv. 17. n. 19. & seqq. Ziegl. de Jur: Majest: lib. 11. c. 1. n. 15. Brunneinan. C. 1. n. 190. & Tholos. Syntag: Jur: l. 3. c. 3. Novit & hoc Trojanus, amplissimus Cęsar, cum detestari cępit impias exactiones; eleganter enim fiscum comparavit lieni, nam sicuti liene crescente in corporibus nostris, artus reliqui tabescunt, ita turgente Principis fiscö, reliqua Civitatis membra marcescunt & ægrotant, ut si quis Princeps velit corpus Reipublicę validum esse, oporteat fiscum non habere tumentem. Tholos. cit: loc: Hinc est, quod DEUS per Prophetam Hesekiel hęc determinat, Cap. XLV. v. 7. & 8. Dem Fürsten aber soll ihr auch einen Platz geben zu beyden Seiten / zwischen dem Platz der Priester / und zwischen dem Platz der Stadt gegen Abend und gegen Morgen / und sollen beyde gegen Morgen und Abend gleich lang seyn / das soll sein Eigenthail seyn in Israel / damit meine Fürsten nicht mehr meinem Volck das Ihre nehmen / sondern sollen das Land dem Hauße Israel lassen für ihre Stämme: & Cap. XLVI. v. 18. Es soll auch der Fürst dem Volck nichts nehmen von seinem Erbtheil / sondern soll sein eigen Guth auf seiner Kinder erben / auf daß nicht mein Volck von seinem Eigenthumb verstreuet werde.

CA.



CAPUT V.

De

DOMANII SUBJECTO.

TH. I.

*Subiectum
Domaniorū
duplex, ali-
ud Comūne,
aliud Pro-
prium.*

Subiectum Domaniorum in Republica meritò statuitur duplex: Aliud Quod, aliud Quo, sive, ut quidam loqui amant, aliud Commune, aliud Proprium. Quemadmodum enim Subiectum Majestatis in Republica v. g. Monarchica, quod, sive commune, est tota Respublica, vel Civitas; Subiectum verò quo, sive proprium, Monarcha (perinde ut visus subiectum commune totus homo, proprium verò oculi censentur:) Ita non incongruè Domaniorum subiectum commune sive quod Respublica, proprium sive quo summi Imperantes dici poterunt, de hac distinctione vid: *Hug: Grot: de J. B. & P. lib. I. c. 3. §. 7. conf. supra Cap. I. th. 5. in med.*

TH. 2.

*In Monar-
chia, licet li-
mitata, Rex
tamen Sub-
iectum Pro-
prium unice
est.*

In statu Monarchico Rex Domaniorum unice subiectum proprium est, & licet non absolutum, sed limitatum fortè per Capti- lationes possideat imperium, si tamen non simul de Majestate pa- ciscentes quid participant, non eò desinit unicum Majestatis, nec per consequens Domaniorum, subiectum esse; Enimvero non de- sinit summum esse Imperium, etiam si is, qui imperaturus est, pro- mittat aliqua subditis, aut Deo, etiam talia, quæ ad Imperii rationem pertineant, *Grotius de J. B. & P. l. I. c. 3. §. 16.*

TH. 3.

*Electivus
quoque Im-
perans Do-
maniorum
Subiectum.*

Non tantum in Regnis hæreditariis, sed & electivis Imperans unice subiectum proprium Domaniorum cluet, licet enim in regno electivolo Imperans proprietatem habere non videatur, cum ipse si alienandi facultas non soleat competere, quapropter etiam aliqui eun- dem ut nudè usufructuarium considerant: Verum enim vero cum talis summum Imperium, & per consequens etiam proprietatem habeat, licet habendi modus absolutus non sit, adeoque alienandi facultas ipsi sit denegata, quidni etiam Domaniorum, quæ se habent per modum accessorii & appendicis summi Imperii, subiectum æsti- memus ipsum, sicut Maritus dotis sit dominus, ut eam alienare nequeat. Falsò verò existimat *Betsius in trad: de Pact: Famil. illust.*

*Tam in Re-
gnis here-
di-*

p. 727. in Regnis hæreditariis differentiam non esse inter bona Domanialia & Patrimonialia, prouti sit in electivio Regno: Verior ergò

ergò est sententia Springfelds de Apanag: c. 7. n. 26. asserentis ditoris ,
in electiis & hæreditariis Regnis hanc differentiam bonorum quàm ele-
Patrimonialium & Domanialium omninò reperiri, & maximè di-
scernenda bona, ad Reipublicæ conservationem fundata, ab aliis, peris Im-
quæ Domanis non sunt coadunata. In illis maximè restricta, in mania re-
his liberrima facultas quoad alienationem esse solet, ut suprà Cap. periuntur.
1. th. 7. demonstratum: Conf: Du. à Seckendorff in loco suprà al-
leg. cap. 3. th. 1. verba: Bey den Erblichen Kønigreichen 26.

TH. 4.

Ubi quis non quidem plenum obtinuit Imperium, quasdam Non plenum
verò particulas Majestatis, is, cùm reverà & propriè dictam sum- Imperium
mitatem in suis juribus obtineat, etiam quoad Domania dictis ju- habens, quo-
ribus applicata ac appropriata propriè dictum subjectum est. ad suas par-
ticulas, Do-

TH. 5.

Contingit Rempublicam quoad internam suam formam esse mania ni-
ve' Democraticam, vel Aristocraticam, in modo tamen externohilominis
Regiminis aliquid Monarchici conspici, ita scil. ut unus quidem possidet.
externam administrationem & expeditionem publicorum negoti- Quis non
tiorum, imò & insignia absoluti Imperantis gerat, in hoc tamen propriè Sub-
exercitio omnimodò dependens à populo, vel Optimatibus sit, jectum Do-
quò casu talis Imperans subjectum Domaniorum propriè non di maniorum.
cendus foret, cùm ad Optimates & populum unicè Jus illud Do-
maniale spectet, conf: Friedrich Leutholf von Franckenberg grosse
Schraubühne der jetzt regierenden Welt/vom Benedischen Frey Staa-
te §. 6. p. 12. ubi de Duce Veneto ita loquitur: Das eusserliche An-
sehen und Respekt, welchen der Herzog von der Bürger-schaft und
Untertanen hat/ ist recht Königlich / und geben einige Vorbehälte /
und ausgefekte Majestäts: Stücke einen absoluten Fürsten an dem
Tag/ inmaßen dann unter seinem Nahmen alle des Rathe Ordnun-
gen/ Befehle/ Befehle und öffentliche Schrifften ausgefertigt/ Mün-
zen gepräget/ und dergleichen verübet werden; Wann man aber
den innerlichen Zustand und Beschaffenheit der Republic betrachtet /
so ist die Aristocratie, welche auf dem Rathe / den Zehen Herren und
Præconsultatoren besteht / leichtlich zu erkennen / gestalt denn diese
das Steuer-Ruder des gemeinen Wesens in der Hand halten / und
die Majestät und Hoheit in der That auf sich tragen. Fieri etiam
convevit, ut talismodi Imperantibus ne quidem possessio Do-
maniorum Reipublicæ concedatur, sed certò salariò, ex arario
publico

publico solvendo, contenti esse debeant, idem testatur exemplum Reipublicæ Venetæ, de quo *Choppin de Dom: Francia libr. I. tit. 1. th. 23. Veneti Duces in hunc ordinem* (scil. eorum, qui Domania habent,) non allegandi, iis nempe nullum subest publicorum agrorum patrimonium, sed numerantur in sumptum quotannis ducatorum 3500. Reipublicæ autem patrimonium in vectigalibus seu portoriis & subditarum Civitatum tributis positum est, ut legimus apud *Contarenum de Magist: Venet:*

TH. 6.

An Rex Polonia Subjectum Domaniorum? Si in Republica quædam mixtus obtineat status, ubi v.g. unus non tantum externo regiminis modo imperat, sed & reverà de Majestate quædam jura unicè possidet, in quibusdam verò cum Optimatibus Regiminis summam gerat, tunc fieri legimus, tali Imperanti separatim quædam Domania concedi, cæteris Reipublicæ reservatis ad reliqua onera ferenda, idem *Dn. Friedrich Reutholff von Franckenberg in d. tr. de statu Regni Polon: p. 119. ait: Es hat der König hievon sein besonder Auskommen und Domäne, welches ihm vom Reiche zum Unterhalt seiner Hoffstadt zugeeignet wird/ und sich auf eine Million Reichsthaler belaufen mag/ davon muß er an den Russischen Gräben ein Regiment zu Pferde von 1200. Köpfen unterhalten/ das Streiffen der Tartarn zu verwehren. Sonst aber hat er keinen Aufgang/ statemahl alle Ausgaben/ so Polen und Littauen angehen/ von beyderseits Schatzmeistern bezahlet werden.*

TH. 7.

Subjectum Domaniorum Rex Germanie. Rex Germaniæ, tanquam Majestatica Persona, idoneum Domaniorum Subjectum, licet nondum sit coronatus, Coronatio enim non tam constituit, quam clariorem reddit nostrum Imperantem. Rex Romanorum, qui dicitur is, qui cum in finem electus, ut absente, vel impedito Imperatore Imperium regat ac moderetur, mortuoque ipso sine ulteriori electione in jus Imperatoris succedat, dum Majestatem propriè dictam vivente Imperatore non habet, Subjectum Domaniorum commodè dici vix poterit. **Subjecta etiam Episcopi nondum à Pontifice confirmati.** Episcopi, Abbates &c. licet à Pontifice Romano nondum fuerint confirmati, (quam confirmationem Episcopi nostri Protestantes nequidem petere solent,) Subjecta Domaniorum meritò constituantur, cum confirmationem quoad ea, quæ Ordinis sunt, à Romano Pontifice tantum petere soleant, *Schweder. in Introduct: ad*

ad Jus Publ. Germ. part: spec: sect. 1. c. 9. §. 3. Civitates Imperii, vi Civitates
 Instrumenti Pacis Casareo-Svecici art. 8. §. Tam in universalibus &c. Imperiales.
 Jura Fisci approbata acceperunt, licet quondam Jus Territoriale
 ipsis denegare quidam voluerint. Nobiles Imperii immediati, ut Nobiles
 ut Status Imperii non sint, Justamen Superioritatis à plurimis Pu- immediati.
 blicistis, & verè quidem, ipsis tribuitur, conf. Gail. 2. Obs. 62. n. 3.
 capacia ergò Subjecta Domaniorum pronunciaveris, quò referas Et alia
 etiam Collegia Canonorum & Canonissarum, Burggravios Ga- immediata
 nerbiorum & Commendatores Ordinis Teutonici immediatos, iti- Corpora
 dem Superioritatem Territoriale obtinentes, de quibus supra Ca- &c.
 pit. III. th. 4. actum.

TH. 8.

Non in vetum in Regnis & Principatibus, ubi Jus Primogeni- Apanagia-
 turæ obtinet, fratribus postgenitis in Domaniis ad sustentationem ti non sunt
 vitæ & statûs assignari Apanagium, test: Springsfeld de Apanag: Domaniorū
 c. 7. ac Choppin. de Dom: Francie lib. 1. tit. 3. n. 3. & lib. 11. tit. 3. Subjecta.
 & tit. 11, 12. Cùm verò Apanagiati in regnis Majestatem non re-
 tineant, Chopp: de Dom: Francie lib. 11. tit. 6. n. 1. nec in Princi-
 patibus Germaniæ Jus Status, nec Jus Territoriale, Springsfeld
 de Apanag. c. 11. n. 57, 120. & 137. Monzamban de statu Imp: Ger-
 man: c. 2. §. 1. indeque nec jus recipiendi homagium, Springsfeld
 d. l. n. 188. & seqq. (quod tantum Primogenito præstat, idem n.
 190.) nec jus indicendi Conventus Provinciales, idem n. 194. nec
 recipiendi Vasallagium, id. n. 190. nec propriè dictam Cancellari-
 am vel Archivum habeant, id: n. 69. nec subditos collectent, idem
 n. 206. hinc nec propriè Subjecta Domaniorum quis eos nuncupa-
 verit, licet in possessione Domaniorum per modum usufructuario-
 rum ad tempus vitæ mancant; hæc etenim bona respectu Primog-
 eniti tantum Domania audiunt. Bona quoq; Domania à Prin-
 cipe vel Statu Imperii in Nobiles &c. per modum subinfudationis
 collata, respectu istorum itidem Domaniorum denominationem
 amittunt, licet antea, dum Princeps retineret, sine dubio sub qua-
 litate Domaniali possessa fuerint.

TH. 9.

Elegans disquisitio est: An Capitula Cathedralia unà cum E- Nec Capi-
 piscopo Domaniorum & Regalium Fisci Subjecta meritò nuncu- tula Cathe-
 pentur? Plurimi sunt, qui asserunt, & hæc Collegia cum Episcopo dralia.
 Condominium Territoriale possidere; At verò, cùm ab Imperato-
 re tan-

re tantum Episcopi electi in Regalibus & Domaniis investiantur, nec unquam Jus Territoriale ejusq; annexa in ista Collegia translatum sit, (quæ tempore Sedis vacantis, juxta *Conringium disp: de Constit: Episc: German: th. 68. in fine* recidunt in Imperatorem, usque dum novus Episcopus electus) vix Domaniorum Subiecta ista nominaveris. Ex consuetudine tamen & LL. Imperii Sede vacante administrativa, ac denuò electo Episcopo, coadministrativa potestas ipsis tributa est, quæ merito etiam ipsis asseritur: *Conf: Instrum: Pacis Cas: Svec: art. 5. §. 17. & §. 21. Gail. 1. Obs: 30. per tot.*

TH. 10.

Subinfeudatus à Cōstatu inter-ritorio subiectum Domaniorum. Fatendum & hoc est, ex more Reipublicæ Germanicæ nunquam à Statibus in Cōstatu Regalem dignitatem annexum habens Territorium vel totum, vel ejus partem in subfeudum concedi, imprimis si Imperatoris & Imperii consensu hoc fuerit comprobatum. Licet enim ordinariè Jus Territoriale, deficiente *Keinling de Reg: Sec: & Eccl: lib. 1. class. 5. c. 3. §. 3.* aliisque, sit facultas immediatè ab Imperatore & Imperio dependens; adeoque omnis Investitura quoad Jus Territoriale immediatè ab Imperatore videatur petenda, comprobatum tamen aliquot exemplis in Germania fuit, talem subinfeudationem immediatam Imperii, jus Status ac territoriale non imminere; talis etenim Status ex commissæ quasi potestate Imperatoris Cōstatui integrum territorium, quò & districtum territorii cum jure territoriali, sive et Feudistæ quidam loqui amant, partem non tantum quantam, sed & quotam territorii confert, ac subinfeudatus immediatus Imperii Status respectu hujus territorii nihilominus manet, nec Status tali modo à Cōstatu subinfeudatus, ad immediatam & jura territorialia acquirenda speciali Investiturâ ab Imperatore peragendâ opus habere videtur, nec porro Status subinfeudans in subinfeudati territorio effectus juris territorialis prætere vales: *Conf: Strauch. de Duc: Würtemb: Exerc: Exoter. X. th. 21. Pacis: Prag. de Anno 1635. §. 17. & Instr: Pacis Cesareo-Svecicum art. 13. §. 9. nec non Sixtin: de Reg: lib. 1. cap. 4. n. 56. & seqq.* E dictis patescit, talem Cōstatum subinfeudatum ob regalem dignitatem, quam consecutus est, & propriè Subiectum Domaniorum fieri.

TH. 11.

Regalem dignitatem non Nobilibus non rarò à Principibus Districtus Territorii una cum Regalibus fisci in feudum collatos legimus, videntur ergò & isti

isti Domaniorum Subjecta facti; At verò, cum dignitas eorum, non habent quam ex Nobilitate habent, non sit regalis, ut in Principibus, Comes personibus, nec Principes infeudantes jus territoriale à se abdicare, licet ipsisq; dare soleant, non congruè dicta jura quoad ipsos Regalio-quoad emolumentum nomen retinent, licet rem ipsam, scilicet fisci emolumenta, ut regalem dignitatem habentes, haud dubiè possideant, ideoq; proinvestiti, priè Domaniorum Subjecta non dicendos existimaverim, nisi fortè subjecta Domaniorum ex jure Reservatorum qualitatem regalem Comitis &c. maniorum ipsis addiderit, *conf: Sixtin: de Reg: lib. 1. cap. 4. n. 101. & Prin-* non sunt. ceps infeudans jus territoriale expressè ipsi abdicaverit, quod aliàs factum non præsumitur, *Rosentb: de Feudis c. 5. concl. 13. n. 10.*

CAPUT VI.

De

DOMANII OBJECTO.

TH. I.

Domania consistunt in rebus ac juribus in commercio hominum existentibus; excluduntur ergò res Sacræ ad cultum divinum immediatè destinatæ; Res religiosæ, loca scilicet, ubi demortuorum corpora humanantur, *vid: Rosenthal. de Feud: c. 4. concl. 13.* Res Ecclesiasticæ, quæ ad Ministrorum Ecclesiæ, templorum &c. sustentationem & conservationem destinatæ sunt, ordinariè Objectum Domaniorum fieri, & in usum profanum transferri nequeunt; nisi ergò necessitas ac utilitas publica svadeat, secularisari ac in profanum usum converti nullo modo debent. Verissimum enim istud proverbium: *Das Kirchen-Guth hat elserne Zähne/ es frist eins mit dem andern hin/ und bringt dem dritten Erben kein Gewinn.* Laudandi ergò illi Principes Protestantes sunt, qui Ecclesiastica bona in anteriori & præsentis seculo occupata in alios non minùs pios ac meliores usus converterunt, *Dn. Myler ab Ehrentsch de Statibus Imperii c. 88. Burgold. ad Instrum: Pac: disc: 9. n. 14. p. 74. & seqq.* De iustitia Secularisationis vid: ulterius *Dn. Rhetium in disp: de Secularisat: c. 7. n. 39. Schveder. in Introd: in Jus Publ. P. spec. sect. 2. c. 12. n. 10.* Sic necessitate publicâ svadente ac redimendæ pacis causâ ampla territoria Ecclesiastica cum suis Domaniis per compensationem in alium usum Imperiali autoritate fuere conversa, *Instrum: Pacis Cesareo-Svec. artic. 11. & seqq. & quidem dicto artic: §. 1. & §. 9. ubi Canonatus*

Domania an consistere possint in Rebus Sacris. Religiosis. Ecclesiasticis.



quosdam extinguendi, & Domaniis territorii Halberstadiensis ac
 Magdeburgensis incorporandi licentia fuit data. Hæc ergo ratio-
 ne nova & Adventitia Domania, de quibus supra *Cap. II. thes. 4.*
An in rebus dictis territoriis accrevêre. De rebus communibus, de quibus §.
communibus? *1. Inst. de rerum divis:* plurimi Icti pronunciant, quòd in proprie-
 tatem ire nequeant, sed semper in communione sint relinqvenda,
 Grotius mare externum sive vastum Oceanum, qui terram ambit;
 (Excludit ergò maria interna, de *J. B. & P. lib. II. c. 3. §. 8.*) circa
 injuriam aliarum gentium ac generis humani, in proprietatem ali-
 cujus populi ire non posse latè propugnat in tractat. *de Mari libero,*
conf. eund. de J. B. & P. dict: loc: cui sese opposuit Seldenus in tract.
de Mari clauso, cujus sententiam plerique credunt veriore: *Conf.*
Struv: Synt: Jur: Feud: c. 6. §. 7. Strauch. in diss: de Imperio Maris
cap. 2. ut & Pufendorff: de Jure N. & G. lib. IV. c. 5. qui ibidem
 distinctè hanc controversiam expedit. Si ergò manifestum, mare
 certâ ratione occupari & in proprietatem ire posse, non est dubi-
 tandum, in eo ejusque proventibus Jus Domaniale existere posse.
 Experientia etiam testatur Majestaticis Personis inde potissimos
 Domaniales redditus ad Reipublicæ onera ferenda hodiè proveni-
 re. Ferarum bestiarum in aëre, sylva, mari ac fluminibus versan-
 tium dominium Domini Territoriales & hodiè ferè ubivis sibi solis
 reservant. Enimverò Germaniæ populi, cùm Principibus ac Re-
 gibus bona quædam essent assignanda, unde dignitatem suam susti-
 nerent, sapienter existimârunt ab illis rebus incipiendum, quæ si-
 ne damno cujusquam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes, quæ
 in dominium nullius pervenerunt, *Grotius de Jure Belli & Pac. lib.*
An in rebus *II. c. 8. §. 5.* Res universitatis, veluti sunt fora, theatra, prata-
universita- &c. publica meritò usurpanda relinqvuntur cuilibet de subditis,
tis? nec citra illorum consensum vel prægnantem rationem hujusmodi
 bona Domaniis incorporantur.

TH. 2.

Illicitum In rebus planè alienis nullum constitui Domanium potest;
Domanium Injustè ergò facit Imperans, si subditis suis citra necessitatem bona
in rebus aufert & Domaniis applicat, vide supra *Cap. III. th. 10. in fine ad-*
planè alie- ductum exemplum Isebelis quoad ablatam vineam Nabotho, *1.*
nis. *Regum XXI.* Confer *Brunnewann: Conf. 1. num. 271. & seqq. &*
num. 13. Quod si tamen necessitas publica omnino exigat,
 rem privatis auferri ac Domaniis adscribi, tunc arg: *Leg: Rhodie*
de Jactu à reliquis civibus contributio facienda, ut æstimationem
 rei

rei ablatae privatus consequatur. Constat porro à Vasallis, qui *A nudo*
non simul subditi sunt, vi Juris Domaniæ ordinarias collectas ju- *Vasallo cr-*
ste non exigi, *Rosenth de Feud: c. 5. concl 78.* Cum enim jus *dinarie col-*
Vasallagii non faciat subditum, ut supra C. 3. th. 4. probatum, quod *lecte non*
que etiam confirmat *Dn. à Seckendorf Im Teutschen Fürsten Staat exigenda.*
Part. III. c. 3. p. 434. & Rosenth. de Feudis d. l. n. 4. & seq. hinc
præter servitia feudalia (inter quæ etiam refertur jus solvendi
collectas, tantum tempore extremæ necessitatis, *Rosenthal. dict. l.*
concl 79) Vasallus ad nil obstringitur. Non tamen inficiendum,
jus percipiendi ordinaria debita feudalia Jus Domaniæ posse
constitui. Enimverò redditus laudemiales justè domaniæ pro-
ventibus accenseri possunt, quod percipiendi jus, tanquam Do-
maniæ, Imperatori nostro ferè unicè è Statuum territoriis hodiè
utilitatem ordinariam ac perpetuam adferre solet.

TH. 3.

In formandis Domaniis honestatis justitiæque haberi ratio *Recensenda-*
debet, ne sordidis improbisque mediis augeatur Fiscus. *tur illicita-*
Turpe enim est cum Flavio Vespasiano urinarium impone- *Domaniæ.*
re vectigal; Mos etiam barbarus & inhumanissimus, quò con-
tra jus & fas naufragorum bona apud nonnullas gentes Fisco a-
ptantur, *Grönwegen de Leg: abrog: ad l. 1. C. de Naufr: conf: Grot:*
de J. B. & P. lib. 2. cap 7. n. 1. Myler ab Ehrenbach de stat: Imp:
P. 2. c. 68. n. 14. ibique cit: Autor: Hanc consuetudinem meritò
Fridericus in *Authent: Navigia C. de Furt: & Carolus V. art. 218.*
Ordinatione Criminali reprobavit, add: *Besold. Thes: Pract: voce*
Grund: Recht. & Gail. 1. Obs: 18. n. 6. Rennemann. Jurispr: M. 1.
disp: 9. th. 20. lit. D. & disp: 13. th. 29, lit. B. atque hanc consue-
tudinem, tanquam irrationabilem, improbant etiam multarum
gentium statuta, vid: *Strauch. Dissert: de Imperio Maris thes. ult.*
Eadem iniquitate laborat consuetudo, quæ Magistratus furtò ab-
lata Fisco vindicat, quæ itidem à *Carolo V. P. H. D. artic. 207.*
sublata, add: *Steph. ad hunc art: De aliis sordidis ac injustis fiscum*
augendi modis vid: *Carpz. in L. Reg. Germ. cap. 8. sect. 2.* Sequentes
illicitos Domaniæ redditus recenset *Bornit: de arario lib. 8. cap.*
1. (1.) Vectigal Meretricum, den Huren; Tribut, quod sub Severo
Imperatore meretrices & lenones pro quæstu meretricio solve-
runt, (2.) Vectigal Mendicis impositum den Bettler; Zins/ quod
instituisse scribitur Vespasianus, (3.) Vectigal pyraticum, quod
Prin-

Principes à pyratibus exigunt, quibus licentiam prædandi in mari concedunt, (4.) Veditigal ob sobolem auctam indictum, *Geburths Geld/ it: Zauff: Geld/* (5.) Veditigal pro deferendis mortuis ad locum sepulturæ per aliena territoria imperatum, vulgò *Zodfens Boff/* (6.) Veditigal pro vitiiis naturæ solutum, putà scabie, calvitie, maculis faciei, (7.) Veditigal ab Episcopo Galliæ impositum maritis novis, qui biduo aut triduo post benedictionem nuptialem à nova Costâ abstinere nolent, *Carpzov: cit: loco n. 23.*

TH. 4.

Quandoque
circa perso-
nas & res
alienas Do-
monia intro-
ducuntur.

Cùm modò dictum sit, res planè alienas ad Domania trahi non posse, non id volumus, ac si circa ea bona, quæ certum respectum ad Rempublicam habent, nec Jura Domaniale, unde reditus in fiscum proveniunt, constituere liceat. Auferri quidem in totum possessori citra injustitiam res propriæ nequeunt; justa tamen de causa & Jus Domaniale nonnunquam Imperans circa eas introducere valet; Sic personis ac mercibus terrâ, aut amne, aut mari transeuntibus veditigalia imponi justè possunt ab eo, qui jus territoriale habet, ob præstationem salvi conductus & reparationem viarum aliorumve onerum. Quæcunque verò onera ad illas merces vel personas nullum habent respectum, illa imponi nulla æquitas patitur; veditigal verò tale modum ne excedat, tantum ergò sit, quantum ad compensationem dictorum onerum sufficiens videatur. Cùm à jure gentium liber cuique transitus sit concedendus, iniquè veditigal, nisi ob onera suscepta, contra gentium jura quis exigit: frequens tamen est, æquum modum non servari. Porrò circa subditorum personas atque res formari Jus Domaniale potest; exigente enim necessitate Reipublicæ, cum consensu Statuum & subditorum, *Sixtinus de Reg: lib. VII. c. 14. n. 28.* prout moris est in Germania, dubio procul ordinarii reditus fisco territoriali inferendo determinari possunt. Notanter dictum,

Domania
sunt jura vel
res ordina-
rios reditus
ferentes.

Domania ordinarios reditus ferre, constans enim est Politicorum ac Publicistarum sententia, bona domaniale esse res vel jura, unde ordinarii proventus nascuntur, *Tbolos. Syntag: Jur: univ: lib. III. c. 5. p. 5. n. 5. pag. 69.* ita loquitur: *Canonis nomine propriè id, quod Domanium dicitur, significatur, Canon dicitur, quòd perpetuo & eodem modo exigitur à Principe sive à Fisco à rebus vel personis; spontaneæ ergò oblationes, strenæ &c. quotannis Imperantibus à populo oblate, fructus domaniales propriè dici nequeunt.* *Tbolos. lib. III. c. 6. & c.*

§ c. 7. n. 2. 3. Confer Dn. à Seckendorff P. III. c. 3. n. 8. supra c. IV. Jus colle-
 §. 2. alleg. loc. Inde patet, Jus, quò tempore necessitatis, defi-
 cientibus ærarii publici redditibus ordinariis, collecta extraordi-
 naria imponitur, non esse Domaniale, prout impræsentiarum stri-
 ctè solet accipi, sed Jus Majestaticum sublime, distinctum omninò
 à Juribus & Bonis Domanalibus. Hinc etiam dicit Choppin de
 Domino Francie lib. I. tit. 1. §. 5. quòd pensationes ex jure
 Imperii adventitiæ & indictivæ, ex jure Domaniæ profectivæ & or-
 dinariæ sint dicendæ.

Jus colle-
 tandi di-
 stinctum à
 Jure Doma-
 niali est.

TH. 5.

Domania constituuntur vel in rebus strictè sic dictis, vel in
 juribus. Jura ista iterùm sunt vel vulgaria, qvalia privatis ordi-
 nariè solent competere, vel non vulgaria, quæ Regalium (mino-
 rum putà) nomine veniunt. Differentiam istam præclare expo-
 nit Dn. à Seckendorff im Teutschen Fürsten Staat P. III. c. 1. §. 4.
 pag. 365. Es seynd aber solche eigene oder Cammer- Gütther / und
 Fürstliche oder Landesherrliche Einkünfte in diesem Unterscheid / daß
 deren etliche denen Gütthern und Vermögen anderer Leuthe allerdingß
 ihrer Art nach gleich / aber nur in dem Unterscheide sind / daß der Lan-
 des Herr deren mehr in grösserer Anzahl und Vortrefflichkeit besitzet /
 als da sind allerhand unbewegliche Gütther / an Häusern / Schlössern /
 Wortwercken / Höfen / Aeckern und Weinbergen / Wiesen und Höl-
 kern / so dann an Einkünften / die auf dergleichen Gütthern beständig
 bestehen / und also auch für unbeweglich geachtet werden / als Erb Zin-
 sen / Zehenden / Gulden / Frohnen / Trifften ; Andere aber sind solche
 Einkünfte / welche aus sonderlichen Vorzügen oder Regalien / wie
 mans nennet / guten Theils herkommen / dergleichen sonst ordentlich
 seine Unterthanen und Land- Stände nicht haben / es wären ihnen
 denn dieselben durch ihn auf gewisse Maasse verstatet / oder sousten /
 (welches jedoch nicht in allen Stücken angehet /) durch altes unstreit-
 ges Herkommen auf sie gebracht / und haben solche Regalien die Lan-
 des Herren fürnehmlich nach heutiger Art aus ihren Belehungen von
 Kayserlicher Majestät und dem Reiche zugebrauchen / daher sie auch
 den Nahmen Regalien oder Königliche Rechte haben.

Domania
 sunt jura,
 vel res.
 Jura sunt
 vel vulga-
 ria, vel Re-
 galia Mi-
 nora.

TH. 6.

Cùm dictum sit, Domania potissimùm consistere in Juribus,
 quæ nomine Regalium veniunt, necessarium est exponere, quid & vel
 quòtuplicia sint Regalia. Dividunt vulgò in Majora & Minora: vel
 Majora

Regalia
 vel Majora,
 vel Minora.

F



Majora vocantur illa, quæ gubernationem & statum ipsum Reipublicæ concernunt, suntq; nihil aliud, quàm facultates summæ, sine quibus regi Respublica nequit, quales sunt potestas Legislatoria, constituendi Magistratum, jus belli &c. *Grotius de J. B. & P. lib. I. c. 3. n. 6.* & hæc jura propriè dicuntur Regalia, quia non nisi sub charactere Majestatico possideri possunt; dicuntur ideò Personalia, imò Personalissima, quia scilicet personæ & officibus Principis adherent: dicuntur etiam merè Regalia, ipsi Coronæ annexa, Sacra Sacrorum, Reservata Principis, *Sixtin. de Regal. lib. I. c. 2. n. 2, 3, 4.* Minora Regalia verò impropriè Regalia dicuntur, in se enim & suâ naturâ Majestaticâ qualitate non sunt prædita, quia tamen plerumque & ferè unicè Majestaticis personis competunt, ideoque subjectivè audiunt Regalia. Cum verò hæc jura aliis non Majestaticis personis quandoque communicari possint sine charactere Majestatico, inde satis manifestum, non intrinsecè, sed per denominationem extrinsecam, à subjecto scilicet Majestatico, quod ante in possessione eorum erat, Regalia dicta fuisse; quando igitur Regalia dividuntur in Majora & Minora, non est divisio realis, sive univoci in sua univocata, sed verbalis sive æquivoci in sua æquivocata; manet ergo firmum, Minora hæc jura propriè non audire Regalia. Sunt verò Minora Regalia publica jura vel res, unde commoda & emolumenta ab eo, qui summum in Republ. habet imperium, percipiuntur; vocantur alias Jura Fisci seu Fiscalia, & Majestati quasi subsidiaria & subordinata sunt. Quamdiu Majestaticæ personæ in eorum possessione manent, tamdiu nomen Regalium per denominationem extrinsecam retinent, statim atque verò privatis communicantur personis, Regalium nomen amittunt, *conf. Ziegler. de Jur: Majest: lib. I. c. 3. §. 28. & seqq. it: in Comment: ad Hug: Grot: de J. B. & P. lib. II. c. 4. §. 13.*

TH. 7.

Potiora Habentur vulgò Minora Regalia, quæ ab Imperatore Friderico
Minora Re- *co 2. Feud. 56. recensentur: (à Rosenth. in Synops: Jur: Feudalis*
galia 2. feu- *cap. V. à conclus. 19. usque ad concl. 94. fusiùs & eruditè exposita,*
dor: 56. à ad quem Tractatum brevitatis gratiâ Lectorem remittimus,) Ar-
Friderico *mandiæ, viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt Na-*
recensita. *vigabilia, Portus, Ripatica, Vedigalia, quæ vulgò dicuntur Telo-*
nia, Monetæ, Mulctarum pœnarumque compendia, Bona Vacan-
tia, & quæ ut ab indignis legibus auferuntur, nisi quæ specialiter
qui-

quibusdam conceduntur, & bona Contrahentium incestas nuptias, Damnatorum & Proscriptorum, secundum quod in novis constitutionibus cavetur, Angariorum, Parangarium, Plaustrorum & Navium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam Regalis numinis expeditionem, potestas constituendi Magistratum ad justitiam expediendam, Argentariæ, & Palatia in civitatibus consuetis, Piscationum redditus & Salinarum, & bona committentium crimen Majestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi non datâ operâ, vel loco religioso: si datâ operâ, totum ad eum pertineat. Probè notandum, his Minoribus Regalibus recensitis & Majora aliquot admixta, prout sunt: Cudere mone-
tam, quod jus haud dubiè, testante etiam Christo *Matth. XXI. v. ne Majora* *21. ad Majora est referendum; Potestas constituendi Magistra-* *quedam Re-*
tum, it: Jus collectandi ad felicissimam expeditionem Imperato-*galia Mi-*
ris. Conf: *Rosenth. d. C. 5. concl. 3. Sixtin. de Reg: lib. I. c. 2. n. 47. noribus ad-*
51. Jus collectandi extra ordinem & tempore necessitatis, cum *mixta.*
ita insit imperio, ut sine eo Respublica regi & conservari nequeat, immeritò à quibusdam Regalibus Minoribus accensetur.

TH. 8.

Et si verò olim Regalia isthæc fiscalia Imperii Romani ac Ger-
manici Fisco unicè ferè competierint, illaque ingentem reddituum *Quondam*
summam subministraverint, siquidem sub Friderico Barbarossa *soli Impe-*
auri tonnae LX. in Germania & Italia quotannis ex civitatibus, *ratores Jura*
portoriis, vedigalibus, teloniis in Fiscum colligebantur, vide *Fiscalia &*
Schneidwin ad tit. Inst. de Hæred: que ab intest: defer: è quibus re- *lia habe-*
ditibus amplissimum exercitum Imperator alere poterat, successu *bant.*
tamen temporis, profusis Imperatorum largitionibus, imprimis
Rudolphi I. & Caroli IV. de quibus vid: *Carpzov. ad L. Reg: Ger-*
man: cap. 7. num. 4. & seqq. & Section. 5. num. 3. aliisve modis, *Postea ac-*
de quibus supra *Cap. III. thes. 1. ad eam egestatem Imperii fiseus* *crevere*
est redactus, ut teste *Monzamban. de statu Imperii German: cap: 6. Statibus.*
num. 8. qui Caput & Rex cluet, ex Imperio nullos redditus ferè
percipiat, sed propriò succu vivere cogatur, cum nullum sit com-
mune ærarium, nullus miles publicus, sed quilibet Ordinum suis
viris, suarumque ditionum redditibus pro arbitrio utatur, collatò
in publicum non nisi exiguò quòpiam, idque post ambitiosas de-
mum (scil. in Comitibus) sollicitationes. Tributa ab Imperatore
iudici, Germanis auribus hodiè inauditum. Si verò necessitas



id exigat, in plenis Comitibus hoc tractandum, vid: *Instr. Pac: Cef: Svec: art. 8. §. Gaudeant. Burgoldens. ad Instr: Pacis P. I. d. 8. n. 4.* add: *Carpzov: d. l. c. 7. sect. 13. n. 9. & seqq. Bocer: Class: V. disp. 11. §. 53. Rennemann: Jurispr: M. I. disp. 13. th. 41. Lit. A. Chopp. lib. II. tit. 14.* Hinc etiam est, quod dignitas Imperatoria quibusdam

In quorum Statibus delata, non semel recusata fuit. Nunc vero Imperiali auctoritate ac communi consensu Statuum hæc jura variis titulis acquisita sunt possessione. ita sunt confirmata, ut Status justii illorum merito habeantur possessores, conf: *Instr: Pacis art. 8. §. 1.* hæc verba: *Ut autem provisum sit, ne posthac in statu publico controversie suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis suis juribus, prerogativis, libertate, privilegiis, libero Juris Territorialis tam in Ecclesiasticis, quam Politicis exercitio, ditionibus, Regalibus, horumque omnium possessione, vigore hujus Transactionis ita stabiliti, firmati sunt, ut à nullo unquam sub quocunque pretextu de facto turbari possint, vel debeant. & Capitul. Leopold. art. 3.* Imperator se

Statibus aliisve immediatis inter alia & Regalia confirmatorum sanctè promittit; ut ergò impræsentiarum Status atque alii immediati securi in possessione acquiritorum ab Imperatore & Imperio Regalium sint.

TH. 9.

Domania Domania alia formantur ex rebus feudalibus, alia ex rebus
alia allodi allodialibus. In nostro Germanico Imperio pleraque Domania ab
alia, quædam Imperatore Status in feudum recognoscunt. Quod si verò Status
feudalia. quædam bona ex singulari erga Rempublicam affectu bonis domanialibus feudalibus incorporare voluerint, tunc naturam eorum, quibus associata fuere, assumunt, & tanquam feuda oblata, ut Feudistis dicuntur, habenda sunt. At verò si Status quispiam quædam bona allodialia domaniali naturâ velit donare, nec tamen reliquis suis feudalibus Domaniis associare, hoc casu separatam naturam ab illis haberent. In dubio præsumendum crediderim, Statum

In dubio noviter Domania constituentem ea in qualitate suâ nativa seu allodiali reliquisse, nec incorporare feudis voluisse; odiosa etenim non
qualis nature præsumantur. facile præsumuntur, vid. *suprà Cap. 3. th. 9.* De his Domaniis allodialibus constituentibus liberior esset disponendi facultas, ac de feudalibus. Notandum hic è re Imperii esse, omnia Domania & Regalia Fiscis Statibus & immediatis Imperii membris in feudum collata in literis Investiturarum specificè referri, ut aliquando, vacantia contingente, Im-

pe-

perator & Imperiū sciat, quæ præcisè Domania Statibus & immedia-
tis ab initio in feudum sint data, quæq; justè occupare & repetere
valeant.

TH. 10.

Ratio ordinis nunc postularet, omnia Jura Domanialia & Regalia
fisci singulatim exponere, eorumq; naturam fusiùs explicare; cùm
verò id à multis Publicistis, Feudistis ac Politicis abundè sit præ-
stitum, brevitatis gratiâ remittimus Lectorem ad potiores Scri-
ptores, quorum omnium elegantissimè hanc materiam tractavit
Sixtinus tract: de Regal. & imprimis lib. II. addatur Dn. Rbetius in
Instit: Jur: Publ. novissimè edit: lib. II. à tit. 14. usque ad 21. & Dn.
ab Einsedel/ qui eandem materiam accuratè deduxit, Renneman:
in Jurispr: M. I. disp. 13. Arnise. lib. III. de Jur: Majest: Rosenthal.
de Feud: c. 5. à concl. 19. usque ad 94. Myler ab Ehrenbach de stat:
Imp: à cap. 62. usque ad 74. Schveder in Introd. ad Jus Publ. part.
spec. sect. 2. c. 15. Bocer: Class: 5. ad. disp. 11. Choppin. de Doman.
Francia à lib. 1. tit. 7. usque ad finem.

*Autores
citantur,
qui de Do-
manis ac
Regalibus
Fisci scri-
psere.*

TH. 11.

E superiùs dictis nunc patescit, omnia bona atque jura, quæ
præcisè eò destinata, ut fructus inde provenientes perpetuò &
ordinariè ad Reipublicæ & Imperantium usus impendantur, Do-
manialia esse; Jus ergò percipiendi collectas ordinarias, ordent
liche Zinsen/ Steuern/ Kopfgehd/ &c. Domaniale dici potest; In-
de constat, non tantùm Regalia ab Imperatore in feudum acce-
pta, qualia sunt jura venationum, fluminum publicorum, telonio-
rum &c. nec non villas, *Meyerhöse/ Bortwerde &c.* Domania esse;
sed & eas res ac jura, quæ Imperans cum consensu Statuum &
subditorum ob necessitatem publicam tanquam ordinaria noviter
introduxit, commodè Domaniorum nomen mereri. Id vero in-
ter Domania feudalia seu Regalia Fisci ab Imperatore in feudum
data, & noviter introducta cum consensu Statuum interest, quòd
illa sine consensu Domini directi, Imperatoris ac Imperii, ali-
enari & tolli nequeant, hæc verò, cum consensu Statuum & sub-
ditorum, quemadmodum constructa fuerunt, ita & ob utilitatem
Reipublicæ iterùm destrui possint. E dictis igitur liquet, Status
Imperii varii generis Domania possidere. Alia enim consistunt
(1.) in juribus vel rebus feudalibus, alia (2.) in juribus vel re-
bus non feudalibus, quæque longè diversæ naturæ ac qualitatis
à prioribus sunt, & licet à Statuum ministris Cameralibus com-
mix-

*In quibus
præcisè cõ-
sistant bodiè
Domania?
Domania
potissimùm
duplicis ge-
neris ac
nature.*

mixtum soleant administrari, non tamen temerè sine sufficientibus & validissimis conjecturis præsumendum est, Imperantes eorum naturam confundere, ac hæc prioribus adæquare voluisse. Distingvenda ergò sequentia bona sunt: (1.) Bona Imperantis plenè & absolutè propria, quæ que non præcisè destinata sunt publicis usibus, de quâ destinatione supra *Cap. III. th. 7.* & Patrimonialia solent dici. (2.) Quæ ipse noviter publicis usibus destinavit, quæ audiunt Domania. (3.) Quæ ab Imperatore ad Principatum, Episcopatum &c. destinata quis in feudum accepit, quæ Domania itidem sunt; diversæ tamen conditionis à prioribus. Hæc bonorum differentia quia non satis curatè hodiè expenditur, consequitur, jura Domania tam confusè hætenus fuisse tractata.

CAPUT VII.

De

DOMANII FORMA.

TH. I.

**Summi Imperantes Domani-
orum non accurate
Usuarii &c.
dicuntur.** **D**omaniorum cognoscere Formam apprimè necessarium; hæc enim cognitâ, patecet, quis propriè bonorû Domani-
lium Dominus sit, quisque earum alienandi facultatem ha-
beat: id verò est, quod hætenus à plurimis confusè expositum.
Nimis enim crudè Imperantes Domaniorum Usufructuarii, Usua-
rii, quasi Proprietarii, Administratores, Tutores tantum dicuntur.
Nam si penitiùs rem inspiciamus, majus Imperantibus, atque
Summi his personis, jus competit. Enimverò non veremur dicere, Sum-
mos Imperantes rerum domanialium præcisè esse Dominos: di-
stingvendum tamen inter absolutum & restrictum Dominium, sive
etiam sunt id, de quo quis pro lubitu potest disponere, & id, ubi libera dispo-
nendi facultas est adempta. Quia ergò pleraque Imperia Impe-
rantibus in prima delatione ita collata, ut nihil rerum Imperii ejus-
dem effectumque bonorum à Principe solo alienari possit, vel si non expresse
tantum di- alienatio Principi interdicta, id saltem prohibuisse tacitè videatur.
cuntur Usu- populus, *Heig: P. I. qu. 19. n. 1, 2, 3, 4, 5. § 6. Brunnem: Conf 1.*
fructuarii. *n. 34. 214. § seqq. Grotius de Jure B. & P. lib. 1. c. 3. §. 13.* Hinc
ex prima mente imperium deferentium æstimandum totum nego-
tium & existimandum est, populum dominium quidem imperii,
ac rerum domanialium Imperanti conceditum voluisse, ut illud
administret in subditorum utilitatem & commoda, non verò ut ali-
cnet,

enē. In nostra Republica, ubi libertatem ab antiquo populi maximi æstimarunt, haud dubiè mens eligentium & hæc fuisse creditur. Constat inde, posse aliquem dominum rerum quarundam dici, licet plenè ac liberè de iis disponere nequeat, sic maritus rei dotalis dominus est, & tamen alienandi facultas jure ipsi est adempta, *pr. Inst: quib: alien. lic. vel non.* Quia verò Imperatores dicto modo electi alienare imperium ejusque res domaniales nequeant, eaque ratione quoad hunc effectum se ferè habent ut Usufructuarii, qui quidem ulurpare rem possunt, salvâ tamen substantiâ, nec libertate alienandi ipsis concessa, ideo quoad dictum effectum comparativè Usufructuarii &c. nuncupantur, non tamen exclusivè, ac si nec ipsi rerum istarum domini essent.

TH. 2.

Cōcludimus ergò, proprietatem Domanior. penes universitatem, *Respublica* tanquam subjectum commune, nec non penes Imperantes, tanquam *tg. Subjectū* subjectum proprium esse, de qua distinctione vid: *suprà Cap. V. th. Commune,* 1. Imperantes enim, licet non plenè sive alienabiliter habeant *Imperans* imperium & domania, iis tamen plus juris, atque Usufructuariis, *tg. Subjectū* &c. competit: *Conf. Pufendorff: de J. N. & G. lib: VII. c. 6. §. 17. Proprium*

TH. 3.

Domaniorū

In Germania nostra Principes, Status Imperii iique, qui jus *dominus est.* territoriale habent, in iis bonis domanalibus ac Regalibus fisci, *Status Im-* quæ ab Imperatore in feudum accipiunt, jus domini possident; *perii in bo-* Feudum enim est dominium utile: Circa hæc verò bona feudalia *nis suis Do-* non liberum disponendi arbitrium, sed Jure Feudali restrictum est. *manialibus* Quod si autem Principes cum consensu Statuum ac subditorum no- *dominium* va Domania diversæ à Feudalibus naturæ, de quibus in *Cap. præ-* *cedenti thes. ultim.* formaverint, tunc etiam Imperantibus cum con- *Statuum* sensu Statuum ac populi quoad illa libera disponendi facultas est, *Imperii Do-* corum ergò dominium non ita restrictum, ut priorum. In territo- *mania du-* toriis Ecclesiasticis distingvendum inter Domania feudalia ab Im- *plicis gene-* perio in feudum collata, & alia, ubi fortasse ex singulari Religio- *ris, alia feu-* nis zelo à privatis bona, v. g. Ecclesiæ Cathedrali ejusque capiti, *dalia, alia* ut mensæ incorporentur, oblata & ab Episcopo acceptata fuere; *nō feudalia.* In Regalibus Episcopus unicè dominus utilis dicendus, vid: *suprà* *Cap. V. th. 9.* In his toti Ecclesiæ adeoque & ejus Capiti, Epi- *scopo & Capitularibus dominium quæ situm, quod tamen in ordine*
ad

ad Episcopum, tanquam Majestaticam Personam, propriè Domanium audit: In bonis prioribus Capitulum unà cum Episcopo, vi *Instrumenti Pacis art. 5. §. 17. §. 21.* tantùm coadministratoriam, Sede verò vacante administratoriam potestatem; In his Capitulum & condominatum (non tamen condomanium) & coadministratoriam, nec non Sede vacante administratoriam potestatem obtinet. In Episcopatibus Protestantium Pontifici Romano nulla conceditur in hæc bona potestas, secùs in Episcopatibus &c. Catholicorù, hinc Protestantes liberiores, ac Catholici, disponendi facultatem de his bonis habere videntur. Apanagiati Domini, de quibus supra *Cap. V. th. 8.* actum, tantùm Usufructuarii, non verò Domini Domaniorum commodè dici poterunt, quorum tamen respectu nec Domania ritè nuncupantur.

CAPUT VIII.

De

DOMANII EFFECTU.

TH. I.

*Domano-
rum fructus
suis finibus
impendendi.*

*Et Fructi-
bus Doma-
nialibus cõ-
parata non
semper sunt
Domania.*

Effectus Domaniorum sunt fructus, quos multi confundunt cum ipsis Domaniis, maximè verò interest, hæc discerni: quoad fructus enim, ut supra *Cap. I. th. 4.* dictum, Imperanti liberior potestas disponendi, ac quoad Domania est. Cùm verò constituta Domania sint ad necessitatem, utilitatem ac splendorem Reipublicæ, convenienti casu hi fructus istis finibus impendendi, *Betsius de Pacis Fam: Illustr: c. 10. p. m. 735.* Quod autem hisce fructibus comparatur, id non continuò bonum domaniale, sed potiùs patrimoniale censendum est, vid: *Grot: de J. B. §. P. lib. 1. c. 3. §. 12. in med: & lib. 2. c. 6. §. 12.* quamvis scùs se res habere videatur in bonis immobilibus, v.g. *Uembtern/ Wortwercken/* comparatis ab Episcopo, Prælato &c. è fructibus bonorum domanialium; In nostro enim Imperio in Episcopatibus & aliis Ecclesiasticis territoriis Catholicor. ubi jure electitiò Imperantes ad regimen perveniunt, è fructibus domanialibus comparata imò mobilia, faciliùs Domania habentur, ac in Secularib: ubi jure hæreditariò succeditur; hie namque præsumptio est, quòd comparata è redditibus domanialibus sint patrimonialia, *Betsius de Pacis Famil. Illustr: c. 10. p. 729.* Ibi verò cùm bona ex fructu domaniali acquisita non devolvantur ad hæredes, *Modest: Pistor: Vol. 1. conf. 18, 25, §*

25. § 68. n. 22. haud dubiè Domaniis incorporata censentur, & simul attestatur *Pistorius cit: loc: Episcopum & Prælatum de talismodi fructibus in testamento non posse disponere, sed transmittere solum ad suos hæredes bona privata seu patrimonialia & quæcunque illorum occasione sint quæsitæ.*

TH. 2.

Justum & æquum, imò conveniens A. B. tit. 20. videtur, ex *Fructus Domaniis in* Electoratibus provenientes fructus domaniales manere *dem Chur. maniales in* *Prinzen* jure præcipui, quod idem etiam contingit in territoriis *Electorati-* reliquis, ubi Jus Primogenituræ servatur; Ibi enim fructus came- *bus ad Ele-* rales ac domaniales inter fratres æqualiter non dividuntur, sed *ctorem, in-* Primogenitus tanquam Imperans illos præcapit, nisi dispositio pa- *aliis Terri-* terna aliud voluerit: vid: *Betsius de Pactis Famil: Illustr: c. 8. pag. toriis, ubi* 715. seqq. & c. 10. p. 730. *Springsfeld de Apanag: Cap. II. n. 254. Primogeni-* & seqq. *tura, ad*

TH. 3.

Reditus Domaniales, si certo usui sunt destinati, isti etiam *Primogeni-* meritò impendantur. Quæcunq; ergò à Republ. ad conservatio- *Fructus* nem, v.g. Academiarum, sunt deputata, non sine crimine in alienum *Domaniales* convertuntur usum: Nec conveniens est, reditus domaniales u- *in alienum* nius territorii cum præjudicio subditorum convertere in aliud; *usum non-* Hinc minùs justè faciunt Episcopi duorum distinctorum Episco- *cõvertendi.* patuum, si subtrahant media uni Episcopatu, atque convertant in alterum; Suprà enim *Cap. I. th. 5.* uberius deductum, Territorium, quod se non habet per modum provinciæ, minùs justè citra suum consensum Domanium alterius fieri.

TH. 4.

Quod si de facto Imperans fructus domaniales illicitè expen- *Illicitè a-* derit, illos per profusas largitiones conferendo in immerentes *lienati non* purpuratos & aulicos &c. illi à possessore non iterùm justè revo- *justè revo-* cari posse videntur; Imperans enim, licet in conscientia peccet, *cantur.* non justo fini istos impendendo, cum tamen facultatem disponendi liberiores circa hos fructus acceperit, nec exactè tanquam negotiorum gestor constringi queat, *Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 14. §. 12.* actus talis prodigæ donationis non nullus vel irritus, adeoque nec sine effectu habendus. Non enim continuò id, quod illicitè fit, irritum est, *Idem lib. 2. c. 5. §. 3. & 10.* Quod si verò *Nisi ita* in Concordatis cum Imperante expressè conventum sit, quòd *& conventum,* fru-

fructus domaniales prodigè alienati revocari debeant, tunc haud dubiè, si evidenter illicita alienatio proftet, revocari possunt, *Brunnemann: C. I. n. 236. seqq. § 319.*

CAPUT IX.

De

DOMANII ALIENATIONE.

TH. I.

*Bona Domania-
lia non absolu-
tè inaliena-
bilia sunt.*

Bona, quæ Reipublicæ ac Imperantium usibus sunt destinata, à plurimis habentur pro inalienabilibus, *Brunnemann: Cons. I. n. 75.* At verò, quæ in tempore necessitatis & svadente utilitate publicâ, hæc alienari possint, nullum equidem est dubium, *Heig: I. qu. 19. n. 1. § seqq. § n. 7. Textor: in Synops. Jur: Gent: c. 11. n. 13. § seqq. Brunnemann: Cons. I. n. 90.* modò tamen alienatio fiat ab iis, quibus jus quæsitum in his bonis domanialibus est, de quo vid: *suprà Cap. VII.*

TH. 2.

*In Regno
patrimonia-
li Domania
liberè alie-
nantur.*

In Regno, ubi Imperans jure absolutò, adeoque plenè imperat, quod in Imperiis despoticis ac herilibus, de quibus *suprà Capit. I. thes. 5.* actum, conspicitur, si bona domania ab ipso videlicet Imperante spontè publicis usibus sint deputata, ipse iterùm unicè, cum non aliis juxta se sit jus quæsitum, Domaniâ naturâ ea privare, ac citra cujusquam injuriam in alios transferre usus validè potest, quantumvis non justâ ac prægnanti de causa, hoc faciens, in conscientia peccet: illius tamen actus ab aliis irritus reddi nequit; non enim, quod illicitè fit, continuo est irritum, ut *suprà Cap. VIII. th. 4.* demonstratum. Talis etenim, sicut Regnum alienandi absolutam licentiam habet, de quo vid: *Grotius: de J. B. & P. libr. I. cap. 3. §. 12. & lib. III. c. 20. §. 6. Conring: de Fin: Imp: C. 19. n. 2.* ita non minorem facultatem quoad Domania, tanquam Regni accessoria, ipsi concedas necesse est.

TH. 3.

*In Electio-
Imperio a-
lienandi fa-
cultas ordi-
nariè Impe-
rantibus ad-
empta.*

In Regnis ac Imperiis, quæ populi voluntate delata sunt, non est præsumendum, eam fuisse populi voluntatem, ut alienatio Imperii sui ejusque bonorum patrimonialium sive Domaniâ Re- gi permitteretur, *Grot: cit: loc: §. 13. § lib. II. cap. 6. Heig: I. qu. 19. n. 1. § seqq.* ideoque omnium fermè populorum legibus ac Capitulationibus præscriptum Imperantibus est, ne bona hujusmo- di

di alienent, nec putandum est, rem tantum minimam alienare licere, quia quod meum non est, ejus nec exiguam partem alienare mihi conceditur; *Grot: de J. B. & P. lib. II. c. 6. §. 11. Brunnem: Conf. I. n. 92. & seqq. & n. 281.* Facilius quidem populi consensus in minimis rebus praesumitur, *Grotius dixit: loc.* Hinc Imperantem in tali Regiminis genere plerisque Regni & Bonorum Domanielium tantum Administratorem, Negotiorum Gestorem, Usufructuarium, Usuarium, quasi Proprietarium, Tutorem nominare placet, *Brunnemann: Conf. I. n. 77, 78. & 81.* Sed, ut supra *Cap. VII. tb. 1.* monitum, talis Imperans Dominus proprie dici meretur, cum omnino potius jus Usufructuarii &c. revera habeat, teste *Pufendorff. de J. N. & G. lib. 7. c. 6. §. 17.* Talis ergo Imperium atque Domania alienaturus, consensum Populi atque Procerum adhibeat, *Nisi accesserit consensus populi.* necesse est, *Heig: d. l. n. 11. Brunnemann: Conf. I. n. 111. & seqq. & 137. usque 155. & n. 211. & seqq.* Versa vice, nec populus solus citra consensum Imperantis imperium ejusve Domania jure in alium transfert; Jus enim Imperanti per electionem quaesitum, auferri ipsi invito non debet, *conf: Grot: de J. B. & P. lib. II. c. 6. §. 3. Brunnemann: Conf. I. n. 131.* Partes autem Patrimonii, sive bona domanialia pignori dari ex causa possunt a Regibus, qui plenum habent imperium, adeoque & jus ex causa nova tributa indicendi. Nam sicut populus tributa ex causa solvere tenetur, ita & rem pignori oppositam luere, (lucro enim ista tributionis quaedam species est,) nisi fortasse per legem imperio additam Imperantis potestas eatenus etiam restricta & contracta sit, *Grotius de J. B. & P. lib. II. c. 6. §. 13.*

TH. 4.

Ut ad praesentem nostrae Reipublicae statum deveniamus, Imperator noster, tanquam electus, bonorum Domanielium Imperii Domania alienationem, ut & vacantium reinfeudationem jure non suscipit, *Germanie Brunnem: Conf. I. n. 105. & Carpzov. ad L. Reg. c. 7. n. 12. & seqq. jam non a-Lebman: Chron. Spirens. lib. 2. c. 44. pag. 187. Choppin: de Doman. alienare va-Franciae lib. II. tit. 14. n. 21, 22, 23.* Quondam ab Imperatore let. bona Imperii fiscalia & domanialia, necessitate Reipublicae svadente, Principibus & Statibus in feudum data fuerunt, *Struv: Syntag. Jur: Feudalis c. 1. §. 4. n. 5. Carpzov. ad L. Reg. German: c. 7. sect. 1.* Nunc vero expressè in *Capitulatione Leopoldina §. 12.* haec verba extant: *Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir dem Heyl. Römisch*



Königlichem Reich und dessen Zugehörungen nicht allein ohne Wissen/
 Willen und Zulassen gemeldeter Chur-Fürsten sämtlich nichts hin-
 geben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch in andere Wege ver-
 äussern etc. It: art. 30. Wann auch Leben dem Reiche und uns bey
 Zeit unserer Regierung durch Todes-Fall oder Verwirckung eröff-
 net und lediglich betreffen werden / so etwas werckliches ertragen /
 als Fürstenthümer/ Graffschaften/ Städte und vergleichen/ die solten
 und wollen wir ohne Vorwissen der Sieben Chur-Fürsten ferner nie-
 mand leihen/ auch niemand einige Expectanz oder Antwartung dar-
 auff geben/ sondern zu Unterhaltung des Reichs / unser und unseres
 Nachkommen der König und Kayser behalten / einziehen und incor-
 poriren. *Ad: Conring. disput: de Capitul: §. 44. In nostro Regno*
Germanico in gravioribus negotiis expediendis semper Primorum
Comitialis. consensus adhibetur, Conring. in Capitul. cap. 15. § de Fin: Imper:
c. 19. n. 4. Carpzov. ad L. Reg: German: c. 7. sect. 1. n. 19. Hinc
etiam Conring. in tractatu de Fin: Imp: c. 19. n. 7. bene monstrat,
quod ex veteri more & præsentis Reipublicæ statui conveniens sit,
Comitiali consensu ejusmodi alienationes suscipi, adeoque omni-
um Statuum approbationem accedere, Burgold. ad Instrum: Pacis
P. I. disc. 10. n. 2. p. 255. Mev. ad Jus Lubec: p. 2. tit. 3. art. 1. n.
39. § seqq.

TH. 5.

Domania In Electoratibus pertinentiæ, quò & referas Domania ac
Electoralia Regalia Fisci, vi *Auree Bullæ titulo 20.* connexa manent,
de Electora- suo Principali, nec quisquam præsumat eorum alienationem aut
in ali- divisionem suscipere, *Brunnem: Cons. 1. n. 134.*
enabilia.

TH. 6.

In territo- In territoriis Principum, Comitum &c. secularium distinguen-
riis Germa- dum inter Domania Feudalia, eaque Imperialia, & inter ea, quæ
nie quedam ab Imperantibus spontè Domaniæ naturâ sunt vestita, sive quæ
Domania de propriis ex mera liberalitate Domaniis adjungere voluerunt, &
liberè ab Im- inter ea, quæ cum consensu Statuum & Ordinum territorii circa
perantibus personas & res subditorum svadente publicâ utilitate in Comitibus
possunt alie- Provincialibus fuere indicta. In Domaniis Imperialibus alienan-
nari, que- dis vi Juris Feudalis requiritur Imperatoris, tanquam Domini di-
dam non. recti, *Modest: Pist: cons. 15. n. 2. quin & argum. Capitulationis Le-*
opoldine art. 30. ipsius Imperii consensus. Quæ verò Princeps
de propriis ex singulari erga Rempublicam affectu Domania esse
 voluit,

voluit, è numero istorum citra aliorum consensum pro lubitu exi-
 mere licitè videtur, nisi fortè appareat, ipsum Domaniis feudali-
 bus per expressam ac claram dispositionem (aliàs enim non præ-
 sumitur, *vide supra Cap. 6. th. 9*) hæc associare atque assimilare
 voluisse, vel nisi de suis Domania efformando, Ordinibus ac Sta-
 tibus per promissionem & destinationem jus voluerit collatum,
conferatur Brunnemannus Consil. 1. num. 99. & seqq. quò casu ad
 alienationem ipsorum quoque consensu opus foret. In tertii
 generis Domaniis transferendis Ordinum, Statuum ac populi vo-
 luntatem etiam Imperans requisiverit. Accuratè verò notan-
 dum, nonnullos Principum Imperii in territoriis suis de omnibus
 suò arbitrato ex more & consuetudine hætenus receptâ statuere,
 ut Elector Palatinus, nullis in Palatinatu Electorali Statibus exi-
 stentibus; alios autem de gravioribus negotiis ad totius regionis
 salutem spectantibus, non nisi convocatis Comitibus ex Ordinum
 Provincialium (*Land, Stände*) consilio demùm statuere posse:
 sub hac tamen iterùm distinctione, ut Status ac Ordines dicti alibi
 majoris, alibi minoris sint authoritatis, sic ut in quibusdam Terri-
 toriis ipsorum vota vim tantùm consultativam, in quibusdam verò
 vim majorem ac decisivam habere videantur, *conf. Schveder. in*
Introd: ad Jus Publ. P. gen. c. 4. §. 52. p. 159. & P. spec. sect. 2. c.
10. §. 5. Sic maxima authoritas ac potestas Statuum Provincia-
 lium in Frisia Orientali est. Pro modo ergò ac forma Regiminis
 justè hætenus introductâ & alienationes Domaniarum institu-
 untur.

TH. 7.

In Episcopatibus, Abbatiis &c. quoad Regalia Fisci ac Do- *In Episco-*
 mania Imperialia idem, quod supra de secularibus Principatibus *patibus, Ab-*
 assertum, juxta Consuetudines Feudales haud dubiè obtinet: *batiis &c.*
 Quod verò Episcopus de bonis suis patrimonialibus Domaniis *quis & qui-*
 adscripsit, (non tamen hòc fine, ut jus conferat in Ordines ac Sta- *bus in cast-*
 tus Provinciales,) illi pro lubitu qualitatem patrimonialem denuò *bus Doma-*
 inducere valet: Sed ipsius Successor, quod Antecessor dicto mo- *nia alienet.*
 do Domaniis consecravit, immutare citra Capituli ac Ordinum
 consensum vix poterit, cum post mortem Episcopi vel Prælati
 Reipublicæ ejusque Proceribus jus omninò quæsitum sit, quod
 post electionem in novum Episcopum, Prælatum &c. absolutè ac
 abdicativè transtulisse præsumendum non est. Domannia cum.



consensu Capitulo, & Statuum circa personas ac res subditorum pro utilitate Reipublicæ noviter efformata, cum horum quoque consensu citra Imperatoris auctoritatem iterum tolli ac alienari posse crediderim. In genere sciendum, cui fortasse ullo modo quoad Domania jus quæsitum est, eorum sententiam & in alienatione attendendam esse.

TH. 8.

Quando Pontificis consensu in Domaniis alienandis opus. In territoriis Principum Ecclesiasticorum Catholicorum Pontifex Romanus in Domaniis non Imperialibus (hæc enim Imperialia bona secularia à solo Imperatore & Imperio dependentia agnoscunt,) supremum jus sibi vindicat, ideoque jure Canonum ipsius quoque consensum, si alienatio solemniter facta censeri debeat, interponendum esse communis sententia est, *Brunnem: Cons.*

In Provinciis stantiis territorii ipsius non requiritur. *I. n. 305. Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 33. n. 1.* In territoriis contra Protestantium quoad dicta bona Ecclesiastica non feudalia Principes tanquam supremi moderatores disponere consueverunt, *Carpzov. lib. V. Resp. 52. n. 25, 26, 27, 28. § 29. id. lib. 2. Defin: Eccles: 303. Struv. in Syntagm: Jur: Feudal. c. 6. §. 4. n. 3. adhibet tamen Capituli, ubi est, consensu, Steph: de Jurisd: l. 3. p. 1. c. 14. n. 12.*

TH. 9.

Civitates Imperiales Civitates Germaniæ Imperiales non uniusmodi clarescunt formâ; in aliis Democraticus, in aliis Aristocraticus, alicubi mixtus status conspicitur, juxta quas diversitates etiam alienationes, ut efficaces ac validæ sint, diversimodè sunt instituendæ, adeoque eorum, qui τὸ κέρειον habent, arbitrium præprimis erit considerandum.

TH. 10.

Ordinarie Domania Feudalia in subfeudum dari possunt. Ea Domania, quæ quis jure feudi acquisivit, in subfeudum iterum dari posse, communis Doctorum sententia est, & miror, *Brunnemann: Cons. l. n. 341.* id negare; Hoc enim est, quod praxis Imperii quotidiana corroborat. *Modest. Pist. Cons. 15. n. 10.* De salinis Saxonibus Hallensibus subinfeudatis vid: *Stephan. de Jurisd: lib. 3. p. 1. c. 7. n. 13. § seqq. Heig. l. qv. 14. n. 27. § seqq.* In territoriis Ecclesiasticis in subfeudum de novo res quædam dantur sub certarum solennitatum interventu, quales sunt (1.) antecedens deliberatio & causæ cognitio, (2.) Capituli consensus, (3.) Episcopi seu alius Prælati auctoritas, *Struv. Syntagm: Juris Feudal. c. 6. §. 4. n. 1. Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 15.* Ubi Prælato Coadjutor datus, illius quoque consensus requirendus, *Schrader. Cons.*

39. n.



39. n. 183. Imperator noster integra Territoria cum Regalibus
Fisci ac Domaniis in feudum quondam contulit, quæ vicissim à Sta-
tibus aliisve immediatis in Barones, Nobiles aliosve translata vi-
demus; Subinfeudatio enim non habetur pro omnimodâ aliena-
tione, dum directum dominium feudi ejusve emolumenta retenta,
vid. Struv. Syntagm: Juris Feudal. c. 4. §. 9. n. 3. §. 16.
Stephan. de Jurisdic: lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 90. Solet tamen quan-
doque per Capitulationes Imperanti injungi, ut ne hujusmodi bona subinfeu-
da subinfeudet, sed & omnem utilitatem ac fructum unice percipi-
at, quale sancitum est in Capitulatione nostra Leopoldina alleg: art:hibitum.
cujus generis quoque præscriptum Episcopis & Abbatibus &c.
normam præbere experientia testatur. Sæpè enim injunctum ipsis
à Capitulis eligentibus est, ne bona mentæ incorporata dent in sub-
feudum, vel ullo modo alienent: Vid: Capitul. Magdeburg. Dn.
Augusti, Ducis Saxon. Ann. 1638. §. 1647. artic. 13. Insonderheit
sollen und wollen wir keine Thal: Güther/ Pfannen oder Rothe/ oder
ander Stufommen in und an der Stadt Halle/ so albereit dem Erzh.
Bischöflichen Tische verlediget/ oder künfftig heimfallen möchten / le-
mandes wieder verleyhen/ schencken/ verkauffen/ in andere Wege ali-
eniren/ oder Begnadiguung: Selber darauß verschreiben / sondern
ohn alle Mittel dem Erzh. Bischöflichen Tische behalten / biß so lange
die Anzahl der Fürstlichen Stühle / doch die Weltlichen Güther aus-
geschlossen/ erfüllt seyn. Sub Alienationis verò vocabulo subin-
teligitur juxta Guilhelmum Redoanum tr. de Rebus Eccles. non alien.
in tractatu Tractatum t. 5. p. 15. permutare contra utilitatem Ec-
clesiæ c. 2., hypothecare c. 4., derelinquere c. 6., in dotem da-
re c. 7., remittere c. 10., repudiare c. 11., in perpetuum locare
c. 12., libellarium contractum celebrare c. 13., servitutem consti-
tuere c. 15., in solutum dare c. 16., vendere c. 17., donare c. 18.,
legare & hæredem instituere c. 19., possessionem transferre c. 22.,
dividere c. 34., compromittere c. 35., dissipare c. 36., dedicare
c. 37., unire c. 39., detentionem transferre c. 44. Observandum
hic est, quod si Capitulum Episcopo & Prælato hanc conditionem
ab initio Regiminis præscriptam denuò remiserit, justè subinfeuda-
tionem fieri posse. Addendum & hoc, res infeudari solitas (quæ
tales sint, vid. Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 29. n. 1. §. 4. & se-
mel mentæ incorporata desinit esse infeudari solita, adeoque non
sine solennitatibus reinfeudari potest, Rosenth. de Feud: c. 4. concl.

33. n. 1. Crediderim tamen in Principatibus Secularibus talem rem infeudari solitam Domaniis spontè incorporatam, citra aliorum consensum iterùm reinfeudari ac è numero Domaniorum eximi posse :) vacantes ab Episcopo, Prælato &c. citra Capituli consensum, nisi aliud consuetudine introductum, licitè reinfeudari, Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 21. Schrader. Conf. 39. n. 219. Steph. de Jurisdic: lib. 3. p. 1. c. 14. n. 41. utut in Capitulatione promiserit, de bonis Ecclesiæ se nil alienaturum, dum enim res infeudari solitæ reinfeudantur, pro nova alienatione id non habendum, conf. Struv. Syntagm: Juris Feudalis c. 5. §. 9. quandoquidem res in statu, quò antea fuit, remanet, nec Episcopus ac Prælatus, qui se nil alienaturum promisit, juramentum frangere videtur, Schrader. Conf. 39. n. 15, 100. usque 122. Sed Capitulo talem rem infeudari solitam dare nequit, quia id feudum nunquam esset reversurum, dum Capitulum nunquam moritur, c. libert: 12. qv. 1. nec Civitati, nec Collegio, Stephan. de Jurisd. lib. 12. p. 1. c. 14. Schrader. conf. 39. n. 185. Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 20. n. 7. Notari meretur, Domania non feudalia, sed allodialia fortè circa personas & res subditorum introducta, de quibus supra Cap. VI. th. 4. ordinariè infeudari aliis non licitum, nisi id fiat salute Reipublicæ exigente, cum consensu Procerum & Statuum Territorii, cum quorum placito fuere introducta, conf. Struv. Synt: Jur: Feud: c. 6. §. 6. n. 2. Rosenthal. de Feudis c. 4. concl. 19. Schrader. conf: 39. n. 1. Modest. Pist. conf. 15.

CAPUT X.

De

DOMANII ALIENATI JUSTA REVOCATIONE.

TH. I.

In Regno **U**tilis tractatio est, an Domania, ad perpetuos usus Reipublicæ nuncupata, certò casu alienata actione redhibitoria sive revocatoria justè reduci ac à possessoribus vindicari queant. **Do-**In Regno omnimodè patrimoniali, sive quod quis jure absolutò mania non tenet, de quo Grotius de J. B. & P. lib. 3. c. 8. §. 4. sicut imperi- **justè revo-**um ejusve partes inconsultò populò sine injuria subditorum Rex **cantur.** alienat, ita non minùs imperii accessoria ac subservientia, Domania; Inde consequens est, horum alienatorum revocationem vel ab ipso, vel ejus successore injustè suscipi. **TH.**

In Regimine electio, populi scil. vel Procerum voluntate In Regno collatō, & quidem sub tacitā, vel expressā pactione, ne imperium, tamen non vel ejus patrimonium, aut partes alienentur, prout hoc ordinariē patrimonialia solet exprimi, Imperans absque populi, vel Procerum consensu si solus Imperans de facto alienavit imperii patrimonium, non tantūm populus & Imperans alie- Proceres Imperantisve successor, sed & ipse alienans nomine navit, non atque authoritate publicā justē reducit, Grotius de J. B. & P. lib. tantūm Res- 2. c. 6. §. 11. & c. 14. §. 12. Brunne- man: cons. l. n. 181. Carpzov. ad publica, sed L. Reg. cap. 4 n. 11. Conring. de Fin: Imp: c. 19. n. 6. Schrader: cons. & ipse no- 39. n. 6. etiam si juramentō alienationem confirmaverit, Carpzov. mine publi- ad L. Reg: c. 7. sect. 2. n. 4. & seqq. Myler. ab Ehrenbach Nomolo- cō alienata log: c. 9. n. 3. Alienandi enim facultatem cum sine Procerum & revocat. populi consensu non habuerit, actus talis haud dubiē nullus, adeo- que vi officii ac publicō nomine, licet non ut privatus, obstrictus est in pristinam causam revocare Domania ab alienata, Brunne- man: Cons. l. n. 85, 86. & 108. Irritē tamen alienans iis, à quibus res An Evidio domanialis est evicta, ut quilibet privatus, obligatus est, damnum possessori atque interesse ob rem ablatam restituere: Quod si tamen emptor prestetur? sciverit, rem venditam alienam, vel non in plenā potestate alienantis fuisse, tunc ex Jure Civili Romano nec alienans pretium restituere cogitur, cons: Brunne- man: Cons. l. n. 107. nisi fortē rem domanialem acqviens in specie de restitutione pretii pactionē sibi prospexerit, l. si surdum 27. C. de Evid: l. si fratres 7. C. coram utri- que jud: l. 1. §. si intelligatur 6. l. queritur 14 §. fin. l. si tamen 48. §. in edilitiis 4. de edil: edict: Franzcke in Comm: ad d. tit. de Evid: n. 267. æquitas enim naturalis jubet, ut damnum alteri datum repa- retur, add: Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 17 per totum. Licet verō talis res domanialis, cum non in plenā potestate alienantis fuerit, irritē sit alienata, adeoque justē retractari possit, Juris tamen Na- turalis & Civilis principiis conveniens est. ut si, licet à solo Impe- rante, ob justam causam, v. g. ob bellum feliciter gerendum, ad exsolvenda debita Reipublicæ, remunerandum ministros bene merentes, talis alienatio suscepta, Reipublicam, quantum in suam utilitatem est erogatum, restituere, l. 14. ff. de Condition: indeb: cons. Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 10. §. 2. Myler: ab Ehren- bach in Nomolog: Ord: Imper: c. 14. n. 1. & seqq. Schrader: cons. 40. n. 2. 49. & seqq. Hinc etiam Historiæ testantur, in reductione

H

Doma-

Domaniorum irritè alienatorum restitutum nihilominus pretium, fuisse possessoribus, vid: *Brunnem. Conf. I. num 107, 189. § 259. Schrader: conf. 40. Choppin: de Doman: Franciæ lib. 11. tit. 1. n. 5. § tit. 14. n. 14, 24. § 25.*

TH. 3.

An Reges Regi nostræ Germaniæ quondam jus Domania abalienandi de
Germaniæ Imperio, tanquam electio & non plene possidenti regimen ejusq;
licitè Doma-accessoria minime competuisse videtur, *Lehman in Chronico Spirensi*
nia alienâ-lib. 2. c. 44. p. 187. lit. D. hinc à multis, ut supra C. 6. tb 8. ex-
rint. positum, Rudolphi I atqve Caroli IV. profusa liberalitas circa bo-
na Imperii alienata improbat. Sed cum Ordines ac Status Im-
perii alienationes ab Imperatore in se factas conjunctim approba-
verint, easque etiam ipse confirmaverit Imperator, in justâ posses-
sione horum Domaniorum nunc constituti Status ac immediata
membra sunt, vid: *Instr: Pac: Cesar: Svec: art: 8. §. 1. & Capit-
tul: Leopold: art: 3. conf: supra cap. 6. tb. 8.* Nunc ergo hujusmodi
Domania abalienata ad Imperii fiscum injustè revocarentur; Cum
enim Status Imperii unà cum Imperatore conjunctim summam &
plenam obtineant potestatem, non est dubitandum, quin circa Do-
mania validè ac constanter concludere quid valeant. *Carpz. ad L.
Reg. c. 7. n. 16. Conring: de fin: imp: c. 19. n. 6.*

TH. 4.

Domania Domania Electoralia cum per Constitutionem Carolinam in
Electoralia A. B. tit. 20. intimè debeant esse connexa Electoratibus, non est
justè retra-dubitandum, Electorem suo parenti succedentem irritè factam alic-
antur. nationem destruere, ac Domania Electoralia in pristinam causam
revocare. *Conf: Brunnem: conf: I. n. 121, 122. § 123.*

TH. 5.

In Territo- In territoriis aliis secularibus secundum supra datam distin-
riis aliis se-ctionem Domaniorum, quâ alia feudalia Imperii, allodialia quæ-
cularibus di-dam diximus, diversimodè reductio instituti potest; Regalia fisci
stinctè Re- à Majestate Imperiali Statibus aliisvè immediatis in feudum data,
ductio insti- si fuerint alienata citra consensum Imperatoris, tanquam Do-
tuitur. mini directi, haud dubiè juxta principia feudalia revocari ab Im-
peratore possunt (hic tamen subinfeudatio nomine alienationis
non continetur, istam enim licitâ esse supra C. 9. tb. 10. dictum est;)
Quid si etiam ipse Imperator in talismodi alienationem consenti-
ret? consensus ipsius tamen irritè videretur interpositus *arg. Cap:
Leopold.*

Leopold: art. 12. § 30. adeoq; Imperium hujusmodi alienationem
justè retractaret: Confer. Rosenthal. de Feudis Cap. 9. concl. 48. n. 11.
Agnati non descendentes (excludimus ergò liberos, qui factò Pa-
rentis contravenire ex sententia Struv: in Syntagm: Jur: Feud: c.
13. §. 16. nequeunt, quamvis in contrarium & quoad istos abeat
communis Doctorum sententia, Struv: cit. loc: Brunnem: Cons: 1. n.
130 § 188 § seqq) quibus jus ex primâ investiturâ quæsitum li-
citè revocant alienata Domania Feudalia & quidem eo tempore, quo
jus succedendi ad ipsos devenit, Rosentb: de Feud: c. 9 m. 2. concl: 84.
n. 12. § seqq Hart: Pist: lib: 2. qu. 8. Frantz. 3. resol: 1. n. 276.
Struv: in Synt: Jur: Feud: Exerc: 13. th. 18. Ludwell in Synops: Jur:
Feud: cap. 8 in fin. Domania allodialia à Principe spontè de propriis
constituta, Statibus ac Ordinibus Provincialibus nullum jus in ea
conferèdo, Princeps quoq; justè alienat, adeoq; illicitè revocat, vid:
suprà c. 9. th. 6. Si tñ. paterna dispositio alienationè horù prohibeat,
& illa servanda est, Springsfeld de Span: c. 7. n. 68. Domania circa
personas & res subditorum cum Ordinum consensu in comitiis
provincialibus, auf Landtâgen/ noviter introducta ab imperante
solo injustè alienantur, ideoque ita alienata denuò justè vindi-
cantur.

TH. 6.

Bona Domaniaria in Episcopatu, Abbacia &c. non Feudalia. In territo-
è bonis Episcopi propriis sponte efformata, ab eodem non irritèriis Ecclesia-
alienantur, ac proinde objectum reductionis fieri nequeunt; ipsi- sticorum
us tamen successor hanc alienandi facultatem non videtur conse- quomodo
cutus. In territoriis Protestantium Ecclesiasticis ob Principis con- revocentur
sensum non adhibitum hujusmodi alienatio revocatur. Carpz: De- Domania.
fin: Eccl: lib. 2. def. 303. Confer. c. 9. th. 1.

TH. 7.

In Civitatibus Imperialibus, ubi Status est Aristocraticus, Opti. Quomodo
matia, ubi Democraticus, omnium de populo, consensu requiritur, in Civitati-
ubi mixtus, juxta mixtionis etiam conditionem alienatio ritè susci- bus Impe-
piatur, quod nisi factum fuerit, jure meritoque reunito instituitur. rialibus.

TH. 8.

Si territorium aliquod in Republica Germanica tanquam va- Quæ Doma-
cans ad Imperium ejusve caput devolvatur, Domania inibi in feu- nia ab Im-
dari solita investitis relinquuntur necesse est, noviter verò ab impe- peratore in
rante quondam, cujus familia nunc demortua, constructa, justè vacanti ter-

H 2

quoque

ri-

ritorio Im-quoque revocare potest ; Jus enim subinfeudati non diutius durat perio rein- atque jus subinfeudantis , *conf. c. 1. §. rursus c. 1. §. si aliquis de Corporato piraneis. Hart: Pist: l. 2. qv. 44. & aliquatenus dissentientem Rosentb: revocentur. c. 9. concl. 19.* Res verò infeudari solitæ dicuntur omnes , quæ eo tempore , quo collatum territorium in Status aliosve immediatos est , certis Vasallis erant datæ , quæ verò noviter à Statu post Imperialem Investituram infeudari cœperunt, ratione Imperii, ad quod dclatū vacans territorium est, postea dicuntur res nō infeudari solitæ.

TH. 9

A Capitulo tempore Sedis vacantis alienata de bonis Episcopatus quomodo revocentur.

Elegans nunc occurrit quæstio, si tempore Sedis vacantis à Capitulo bona Domaniæ ab alienata , quam alienationem etiam electus Episcopus Juramento debuit confirmare , an valida hujusmodi sit alienatio ? An verò irrita, adeoque non obstante juramento salvâ conscientia ab Episcopo revocari possit? Suprà *cap. 5. th. 9.* è Conringio demonstratum, jura Episcopi sublimia ac Regalia tempore Sedis vacantis, usque dum novus Episcopus electus, recedere in Imperatorem ; Cum ergo Capitulo circa hæc jura eò tempore non alia quam administratoria potestas sit , *Instr: Pac: Cæs: Svec: art: 5. §. 17. §. 21. Gail: 1. obs: 30.* hinc, cum irritè alienationem Domaniæ suscipiat, nec Episcopus in præjudicium publicum juramento validè quid corroborat, ac proinde illæ sâ conscientia nomine publico alienata retractat. vid: *cap. his que II. x. de Majori §. obed: Rbet: Disp: Jur: publ: p. 222. n. 46. Brunnem: cons: 1. n. 134. usque 341. conf: Grot. de J. B. §. P. lib. 2. c. 13. §. 20. Pufend: de J. N. §. G. lib: 4. c. 2. §. 24.*

CAP. XI.

De

DOMANII PRÆSCRIPTIONE ET USUCAPIONE.

TH. I.

Datur Præscriptio naturalis.

Præscriptionem & Usucapionem in Imperiis quoque eorumque accessoriis , Domaniis , locum habere , ut nullum Jus Civile , certum annorum terminum præscribens , fore receptum, non est ambigendum. Enimverò præscriptionem in naturali quoque æquitate fundatam esse, accuratè monstrat vir sine pari Hugo Grotius *de J. B. §. P. lib. 2. c. 4. Conring: de fin. Imperii c. 19. n. 5. §. seqq. & in tractatu de German: Imp: Rom: Cum verò in nostro*

nostro Imperio Germanico Jus Civile Romanum, etiam inter Status Imperii, sit receptum, inque supremis Germaniæ dicasteriis juxta id pronunciari soleat? vid: *Rec: imp: 1548. § Und soll unser Jus Civile Ec. 54. § 5. Wenn auch 56. Blum: proc: Cam: tit: 2. §. 15.* dehinc Romanorū jus quoque Canonicum in hac materiâ test: *Gail: 2. obs: 18. n. 7. ac Canoni- § Myns: cent. 4. obs. 6.* in quibusdam passibus præ jure Civili ob-cum nec non servetur; mores quoque feudales specialia hîc designent, ideoque *Feudale hîc* ex horum decisis hîc subortæ controversiæ expediendæ sunt. attendendū.

TH. 2.

Res Fiscii usucapi non posse in §. 4. *Inst. de Usuc: § l. 12. ff. Res fiscii non eod. asseritur;* Unde quis existimaverit, ab omni Usucapione præscribun-rem Domanialem liberam esse. Verumenimverò textus citatur longo. tantum de longi temporis præscriptione, 10. inter præsentis & 20. Longissimo annorum inter absentes, non verò de longissimi, quæ de Jure tamen tem-Codicis noviter introducta, sunt accipiendi, ideoque & leges in pore. *tit. C. ne rei dom. § l. 2. C. Communia de Usucap. de hac longi temporis præscriptione sunt intelligendæ. Conf. Perez in d. t. Cod. ne rei dom. n. 3. Schneidw: ad tit: Inst. de Usucap: p. m. 220. n. 11. § p. 234. n. 61. Vinn. ad d. §. 4. Inst: de Usuc.*

TH. 3.

Jure Codicis igitur determinatum est, & fundos Imperato- *Res ergo* ris patrimoniales, (quod per §. ult. *Inst. de Usuc. & ad Fiscales Imperatoris* fundos extenditur *Vinn. ad d. t. §. 4. Conf: l. 5. C. de Præsc.) 40. annis* quadraginta annis, usucapi, utut nullo titulo (titulus enim post 30. præscribi-annos semper præsumitur, *Wesemb: cons: 5. de Præscr: n. 21. ibi quætur. citat: leg. § aut.) fuerint possessi, l. fin. C. de fund. patrim: Et hoc* privilegium rebus fiscalibus merito datum, ne negligentia pro-curatoris fiscii, qui multis curis implicatur, Principi longò tempo-re noceat. *Conf: Modest: Pistor: vol. 1. cons: 15 n. 16. Quod di-* *Quod et-* *endum non tantum de Imperatoris, sed & Principum & Dyna-* *iam ad alios* *starum in nostro Imperio Germanico bonis ac rebus Fiscalibus & Dynastas* *Domanialibus, tum (1.) quod subditorum respectu horum bona Germaniæ* *juris publici sint, tum (2.) quod absurdum fuerit, hos deterioris utiliter ex-* *esse conditionis, quam civitates, Azo in summ. Cod. ne rei domin. tenditur.* *nam & civitatum bona 40. annorum possessione continuâ usuca-* *Civitatis* *piuntur, l. 9 D. de Usurp. § Usuc. argum. Authent. quas actiones bona etiam* *Cod. de SS. Eccles. Nov. III. c. 1: § 131. c. 6. Conf. Gebbard. in 40. annis u-* *tract. de Usuc. c. 4. § 4. n. 10. seqq. p. m. 496. seqq. § c. 5. §. 2. sucapiuntur,* *n. 15.*

n. 15. p. 525. Vinn: ad §. 4. Inst. de Usuc. Chopin. de Doman. Fran-
cie l. 3. t. 9. n. 2. (Quamvis aliqui centenariam præscriptionem
Quidam pu- vi leg. 23. C. de SS. Eccl. civitati ac piis locis tributam per citat.
tant 100. Nov. quoad civitatis bona non putent sublatam. Inter quos est
annis. Berlich. p. 2. concl. 8. A. Faber. in Cod. l. 7. t. 12. d. 1. Brunne-
man. ad d. l. 25. Cod.) Mobilia Fisci triennio præscribi, certum est.
Gebh. in d. tract. c. 2. §. 3. n. 3. Struv: Jurispr. exerc. 43. §. 19.

TH. 4.

Domania Bona immobilia Ecclesiastica Domaniale itidem 40. Annorum
Ecclesiastica præscriptione usucapiuntur, d. autb. C. de SS. Eccles. Nov: 43. c.
immobilia 6. c. de quarta c. ad aures, c. illud. Ubi Canonistæ & novissimè Co-
etiam 40. ler: x. de præscript: neque hoc casu titulum necessarium esse, sed
annis præ- è tantâ temporis possessione præsumi probat, Gebhard: d. tract: cap.
scribuntur. 4. §. 4. n. 13. § seqq. conf: Struv: Synt: exer: 43. th. 19. §. qua-
Romane Ec- dam: Res Ecclesiæ Romanæ Domaniales non nisi 100. Annorum,
clesiæ 100. præscriptione usucapiuntur, autb. quas actiones C. de SS. Eccles.
annis.

TH. 5.

Domania Bona Domaniale ea quæ Regalium minorum nomine veni-
Regalia præiunt, de quibus supra cap: 6. th. 5. § seqq. adum; (quæ differunt
scribuntur à rebus aliis Domanalibus vulgaribus, de quibus itidem supra c. l.
tempore im- quæque tantum 40. Annorum præscriptione acquiruntur)
memoriali. immemoriali præscriptione ex communissima Doctorum senten-
tia acquiri traditum est, Gebhard: de Usuc: c. 5. n. 11. Struv: exer:
43. th. 24. Richt: Dec. 21. n. 52. Myns: cent: 4. obs: 14. A. B. tit: 9.
Bocer: class: 5. act: disp: 12. §. 59. Hujus enim generis præscri-
ptio nunquam censetur exclusa, licet Lex aut Statutum omnem
præscriptionem inhibeat, Gebh. de Usuc. c. 5. p. 503. Brunnem. in
C. ne rei Domin. .. n. 4. Chopp. de Dom. Franc. lib. 3. tit. 9. n. 3.
Carpz. lib. 1. tit. 4. Resp. 38. n. 12. Schneidw. ad tit. Inst. de Usuc.
p. 230. n. 34. Immemorialis verò præscriptio quando dicatur & quæ
requisita habeat, vid: penes Carpz. p. 1. C. 16. def. 74. n. 16. 17.
18. Proc. jur. tit. 13. art. 3. n. 60. Schneidw. ad instit. pag. 229.
Rbeinking de Reg. sec. § Eccles. lib. 1. class. 5. c. 2. n. 15. § seqq.

TH. 6.

Juxta Consuetudines Feudorum bona Domaniale feudalia
30. Annorum præscriptione possent acquiri, 2. Feud. 26. § si quis
per 30. Annos, Hartm. Plst. lib. 2. qu 8. n. 9. Quia tamen ex Jure
Civili, ut dictum, Principibus ac Civitatibus privilegium 40. An-
norum

norum præscriptionis est tributum, & verò res Domaniales sub-
jectum agnoscant publicas ac Majestaticas personas, vid: supra
cap. 5. ideoque non minor ac 40. Annorum præscriptio in Do-
manis non Regalibus locum habere potest.

TH. 7.

In Feudo ex pacto & providentiâ præscriptio contra ultimum
possessorem bonorum Domaniarum Feudalium (de quibus alienare
ne minimum quidem licet. Rosenth. de Feudis c. 9. concl. 48. n. 11.)
completa, Agnato non nocet, quamdiu proximus vivit; quia e-
nim tempus succedendi quoad ipsum nondum venit, ideoque nec
actio ipsi nata: Non valenti autem agere non currit præscri-
ptio; tali ergò Agnato præscriptio immemorialis imò 200. 300.
&c: Annorum contra ipsius Antecessores completa, ipsi non ob-
est, nisi & in individuo contra ipsum denuò compleatur præscri-
ptio textus in cap. 1. quid ergò in investitura alienare facta Rosenth.
de Feud. c. 9. m. 2, concl. 84. n. 12. & seqq. Hartm. Pist. l. 2. qv. 8.
n. 41. & seqq. imprimis n. 55 Franzk. 3. Res. 1. n. 276. Struv.
Disp. Feud. 13. th. 18. Ludwell. in Synops. Jur. Feud. c. 8. in fin.
Myler. ab Ohrenbach Nomolog. c. 17. Eodem modo videtur con-
cludendum, si aliquando revertatur vacans territorium ad Impe-
ratorem, demum à tempore delatæ successionis, non attentâ priori
possessione, ne quidem immemoriali, contra Imperatorem & per
consequens Imperium præscriptionem currere, vid: Pist. cit. loc. n.
55. Gebb. de Usuc. cap. 5. n. 10, 11. p. m. 50. & seqq. Quod si in Re-
publica prohibita sit non tantum alienatio, sed & præscriptio quæ-
libet Domani, Edictis fortè jam in eam rem scriptis, ut in Galliâ,
quæ refert. Chopp. lib. 3. tit. 9. Fab, in Cod. lib. 7. tit. 22. Tunc
nulla videtur sufficiens præscriptio, nisi immemorialis, quæ
non videtur exclusa, Chopp. d. l. n. 3. Brunem. l. 1. C. ne rei Do-
minice. n. 4. In omni verò præscriptione etiam immemoriali ex
Jure Canonico & moribus hodiernis bona fides ab initio usque ad
finem requiritur, Covarruvius p. 2. §. 8. n. 5. Gail. 2. obs. 18. n. 7.
Myns. cent. 4. obs. 6. Rosenth. cons. 77. in Comment. Lit. A. in fin.
Franzk. resolut. p. 1. lib. 3. n. 69. & seqq. Hinc & aliqui titulum ne-
cessarium esse volunt, Brunnem. cons. 127. & 148. (ad quem titu-
lum edendum bonorum Domaniarum possessores obstrictos esse,
Mevius dec. 357. num. 6. Menochius 3. rem: retin. num. 59.
Marcus Antonius Peregr. cons. 2. per totum asserit,) in
dubio alias ob tantum temporis cursum & titulus & bona fides
præ

In Feudo ex
pacto & Pro-
videntiâ
agnatis
quando non
noceat præ-
scriptio.

Quando Im-
peratori ac
Imperio no-
ceat.

Immemori-
alis præscri-
ptio nunquã
prohibita
censetur.

præsumitur, adeoque ab adversario mala fides allegata probanda,
*cap. 1. de præscript. in 6. Carpz. lib. 1. resp. 38. n. 7. Schneidw. ad
 Pium § e. tit. de Usucap. p. 230. n. 27. § 32.* Et si verò dicta verissima sint,
 quum in re. & Respublica ejusve summus Imperans stricto jure præscriptio-
 ductione Do- nem immemoriam elidere, ac rem Domanialem retractare possit,
 maniorum non rarò tamen ob qualitatem ultimorum possessorum, qui fortè in
 summum miserabili conditione positi, nec non ob longævitatem possessio-
 Imperantem nis, quæ vitium purgare & aliqualem justitiam addere videtur, æ-
 nonnunquã quum ac pium est, imò sumos imperantes decet, ut de rigore suo quid
 jus strictum remittant, Christianæque charitati studeant; non enim semper ex
 non urgere. omni parte licitum est, quod juri strictè sumpto congruit; Sæpè
 enim proximi charitas non permittit, ut summo jure utamur,
Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 1. §. 4. Latius enim patent charita-
 tis, quàm juris Regulæ: ac qui divitiis floret, immisericordiæ
 reus erit, si inopem debitorem omnibus reclus suis excutiat, ut
 ipse ultimum quadrantem consequatur, *Grot. d. l. 3. c. 13. §. 4.*
 Licet ergò rem Domanialem Reipublicæ reunire necessarium vi-
 deatur, ditissimus tamen imperans conscientiam suam tranquil-
 lat, si damnum privatorum suã liberalitate aliquatenus com-
 penset.

TH. 8.

Privatus tamdiu in possessione relinquendus, donec petitorium absolutum,
 Lite de Domano pendente possessor tamdiu in possessione
 relinquendus, usque dum in petitorio sit pronunciatum. *Chopp. l. 3. t. 10. n. 1.* Enimverò à manus injectione tanquam executione ex-
 ordium nõ est faciendum, nisi ante lege publicã hoc determinatum
 sit, quod tamen civili ac benignã interpretatione adjuvandum, ut
 id de muni obtineat, si summam, evidenter tamen, patuerit, Fisca-
 lem ac Domanialem rem esse, *Chopp. d. l. n. 3.* Si verò de ju-
 re privati summam liqueat, manus injectio non
 conceditur, *id. n. 5.*



ADDI-

48. N. N. II, 117.
26, 11. DISS

DOM
GN


INCI
PERANTIQU
EXCELLEN

GEO

J. U. D

GEOR

154.



CA
RE-
CI,

CAE
ACADEMIA

ULTISSIMI

NRICI

PAN=

Siedler/

II R
1906

